



J. A. 87




R
C

45



2 400 40 8



R. 4017
BB. S

CANTICVM CANTICORVM SELOMONIS

UPER EX HE BRAEO IN LATINUM
PER AGATHIVM GVIDACERIVM


Calabrum Romæ uersum, explanatumq; nunc vero

Parissis beneficio Christianissimi Regis

Francorum Francisci linguae san

ctæ assertoris maximi, cur

fus editum.



ΜΗΓ' ΕΜΟΙ ΜΕΛΙ, ΜΗΤΕ ΜΕΛΙΤΗΧΩ

Del Collegio della Sorbona. — Dom. de l'Isle de la Pr.^e



Nocet empta dolore uoluptas.

PARISIIS EX OFFICINA GERARDI
MORRHII CAMPENSIS APVD
COLLEGIVM SORBONAE,

M. D^o. XXXI.



Sallew en un librero de par^{de seu}: / compres za el colle^{yo} por
parecer eelp fijo. de quesoal provincial / Joachim de pinedo

AGATHII GVI

DACERII AD CLEMENTEM

vii. Pontificem Maximum in Cantici

canticorū Selomonis tran-

flationē, explanatio-

nēq; præfatio.



I H E B R A I C A E sanctæ linguae authoritas atq; dulcedo, Pater Beatissime, & Græ corum simul, & Latinorū faculdia, & grauitas, tuas laudes, quas uno ore omnes pro restitutis, redditisq; literarū studiis prædicant, explicare simul contenderent: proculdubio omne earum titubaret eloquium, deficeret oratio, & nimirū eis ad minimā illarum partē explicandā uerba deessent. Nam & si nihil unq; antiquius fuit non solū Romanis Maximis Pōtificibus, sed etiā tuæ inclytæ domus Mēdices maioribus, q; studia literarū, omnesq; bonas artes fouere, uiros pbos & literatos amplecti, iuuare, ac omnibus deniq; fauoribus prosequi: Nihilominus his tē poribus erāt, quibus hæc omnia q; facillime, cōmodissimēq; præstare poterant. At sanctitas tua, tanto etiam suis maioribus est præferenda, quanto hæc omnia, mox in sui Pontificatus auspiciis, & temporū nouitate, nō ex rerum affluentia, aut copia (ut ipsi) sed ex debilitatis, & temporum infelicitate, penè extinctis uectigalibus, oppressisq; & attenuatis rebus omnibus, hæc omnia uiris a iij studiosis

Præfatio.

studiosis suppeditat. Quam ob rem cū diu nō sine maxi-
ma rei literariæ iactura siluisse Romana studia,nec
per quēuis,qui in cathedra Petri succederet Pastor,re-
stitui,reddic̄ sine stipendiorum saltē diminutione pos-
se uideretur; Ecce respiciens Deus afflictam suā omni-
bus modis,his miseris tēporibus,ecclesiā,te nobis Pon-
tificem Maximū,uirū magnanimū,fortissimū,pruden-
tiissimūq;,& omni uirtute ornatissimū dedit.Qui inter
alia tua præclara facinora,mox per reuerēdissimū Car-
dinalem Egidium,uirum omni diuinarū, humanarūq;
rerum eruditione,omniq; pietate,& uirtute præstatiſ-
simum,necnon & per Romanæ Academiæ moderato-
rem Andræam Iacobatiū,Lucerinum Episcopum,&
uirtute,& sacrarū literarū lectione,uirum singularem,
Romanum studiū institui,apeririq; iubes,& stipendia
non tantum nō diminui Professoribus(sicut omnium
ferebat opinio)uerū etiā (quod magnanimi liberalisq;
Principis fuit) in tāta rerū tenuitate,& plærisq; bene-
meritis doctoribus augeri,nouos quoq; cōducī uolui-
sti.Ad hæc,nō est meū institutū nunc dicere,quāta pru-
dentia,modestia,pace,summaq; Iustitia moderaris oīa,
quātōue studio,cura,ac solicitudine dissidentes pecca-
tis nostris inter se Principes christianos à bellico furore
reuocare,& amicitiā,& pacē inter eos cōponere,per-
ditamq; recentiū hæreticorum hæresim extinguere,&
prorsus delere cōtendis.Vnde spes summa data est o-
mnibus,te Pastore,& Catholicæ ecclesiæ duce,ac mo-
deratore,futurū esse,ut redeat adhuc pristina illa pax
& tranquilitas

Præfatio.

& trāquilitas cum uictoria summa de hostibus Christi
orbi Christiano,qui tot bellis,tot pestibus,tot crucibus
& malis deniq; omnibus,quæ pp̄ter peccata hactenus
perpeſsi ſumus,dicere illud propheticū poſſumus.Mi-
ſericordiæ domini,quia non ſumus cōſumpti.Tum &
illud,ad cōceptā oībus de sanctitate tua,maximā rerū
omniū bene ac feliciter gerendarū expectationē addi-
mus,qu & nouellā linguae Hebraicæ plantam,cuius co-
gnitio,utilitas,& totius Catholicæ ecclesiæ gloria,ſum-
ma eſt,à felici memoria Leonis Decimi patruelis tui in
Romana academia,& inde in tota ecclesia plantatā,irri-
gas.Meq; qui eiusdē plātæ colendæ prouinciam inter
Christianos,nō ſine ſummis laborib; ſingułæ alienæ di-
ſcendæ,docendæq; ſudoribus fuſcepī,foues,ac ſtipēdiis
auges.Propterea,ne tanti beneficij immemores,aut in-
grati(quod abſit)effe uideremur,diu mihi cogitanti,qd
Sanctitatē tuæ,ad grati animi ſignū,pro mea paruitate
muneris offerre poſſem,uenit in mentē,quod à reuerē
do Datario tuo Ioāne Matthæo Gyberto,uiro tū lite-
ris,tū egregiis moribus ornatissimo,& unico omnium
doctorū,& proborū uitorū,apud Sanctitatē tuā præſi-
dio,accepī clemētiā tuā,ſcilicet,nulla alia re māgis oble-
ctari interdum,cūm per maximas occupationes licet,q
aliqua eruditissima de ſacris ſcripturis fermocinatiōe.
Quam ob rem,pro tuis in me,Romanamq; academiā
immortalibus beneficiis,ſtatui,tibi Pater Beatissime,
Canticum cantorū Selomonis in præſentia,nouo quo-
dam noſtræ trāſlationis organo canere:perq; nouos no-

Præfatio.

stros Cōmentarios ipsius Selomonis intentionē , litera
lem sensum, metaphoris totū, & trāslationibus rerū cur
rentem, mīro, ac aurib⁹ hominū inaudito artificio edi
tum, planū apertumq⁹ facere. Quā quidem ad rem ad
hortata est me in primis Christi charitas, Christianaq⁹
pietas, ac ueritas. Quā cūm nō inquiri, inuestigariq⁹ in
sacris literis (ut Dñs ipse nos admonuit,) quin potius
apertē oppugnari, conculcariq⁹ his miseriis tēporibus &
pditis morib⁹ cōspiciā, nō grauiter ac pmolestē ferre,
sūmoq⁹ affici dolore nō possum. Quis enim tā adamā
tini est pectoris, qui æquo animo ferat, Romanā ortho
doxam catholicamq⁹ ecclesiā, Christi sanguine redem
ptam, Petriq⁹ principis Apostolorum prædicatione &
martyrio fundatam, ac proinde omnibus mūdi ecclesiis
præpositam, à quibusdam uulpeculis, qui dudum ex fo
ueis in Germania prosiluerunt, calumniam pati: & qui
busdam eorum præstigijs, sophisticisq⁹ captiūculis im
peti: Quis rursus non grauiter, & iniquo animo ferat,
Romanos ecclesiasticos, literarum omnium Príncipes,
à Germanis uulpeculis recentibus Lutheranis hæreti
cis, per summā contumeliam, non homines, sed trūcos,
ac stipites appellari: Quasi ipsi cū hæc tā petulāter iacti
tant, eorū nouis ingenijs, & sacrarū literarū summa pe
ritia, (ex illo diuino Iesu Christi oraculo, Scrutamini
scripturas, & reliqua : admoniti) aliquid noui quod ad
Christianā ueritatē illustrandā nimirū faceret, nondū
à Romanis ecclesiasticis, per accuratissimū sacrarū lite
rarum studiū inuentū, in medium protulissent: nobisq⁹
paruulis

Præfatio

paruulis (quod monstri simile esset) panē ad manducan
dum, de sacris literis fregissent: & omnes reprobatis
mas in cōciliis patrum ueteres hæreses nobis potius nō
fuscitassen: Quamobrē, q̄a (ut ille dixit) facit indigna
tio uersus: Propterea, ut eos partim scelerum suorum,
partim ineptiarū pœnitentia (& si inter Romanos eccl
esiasticos minimus) Canticum cantorū Selomonis, po
tissimū tamen, in multis, partim deprauatum, partimq⁹
non fideliter ex Hebræo in Latinum redditum: & pro
pterea præterq⁹ ab Origene, (q̄ Hierony. teste, in alijs
alios, ī Cātico cāticorū uero seipsum uicit) nō satis enar
ratū explicatūq⁹ de integro ad uerbū, ex Hebræo red
dere, exponereq⁹ ausi sumus: ut uel ex hoc aduersarij
nostrī intelligent, Romanā orthodoxam ecclesiam, sicut
nunq̄ olim, sic & nūc, nō carere uiris, qui sacras & scru
tantur, & interpretari possunt literas: à q̄bus eos, & sui
simillimos erudiri, doceriq⁹ oporteat: & ut simul nō hu
manis ratiunculis, sed ipsarum sanctarū scripturarum
authoritate conuincantur, coganturq⁹ fateri, quod sicut
olim apud patres Hebræos, unus erat summus oīm sa
cerdos, q̄ in Hierusalē: sic & post aduētū Christi, unicū
esse summū omnīū ecclesiarū orbis terrarū Pastorem
Romanū pontificē. Quā quidem rem, & per Selomonē
ipsum, & per Hebræorū doctores, posteaq⁹ domesticos
fidei, Græcos & Latinos, non sine maximo eorū perfis
diæ crimine, nō recipiūt doctores, facile in progressu no
stræ expositionis obiter ostendemus. Et quo ipsi qui in
tribus linguis se peritissimos præter cæteros esse præ
dicant

dicant, facilius nostræ expositionis ueritatem perspicere, & redarguere, si poterint, ualeat. Scire eos uolumus, nos in præsentia potissimum sequi peritissimos, Rabbi Selomonē Gallum, Abraam, Abenezra, Leui Benger son, & alios. Ex quibus tanq ab Aegyptiis argentū, & aurum, omni studio, cura, ac sollicitudine eripere cōtendimus. Et si eos, non ut interpretes sequimur, sed castigatione adhibita, è fontibus eorū iudicio, arbitrioqz nostro, quantū quoquo modo uidebitur, hauriemus. Et eo libētius Beatissime Pater hoc negotium suscepi, ex quo omnes, quos ab initio Ecclesia passa est, & patietur euētus: & in primis horū temporū, quæ ab hostibus fidei, & ipsis Lutheranis hæreticis ingruūt mala, omnia explicata ferme, nedum figurata in hoc mysteriorū ecclesiæ plenissimo libello Canticō cantoricū cōperiūt. In quo de his omnibus perspicuus sermo est inter spōsam Ecclesiam, & sponsum Christum. Quos in præsenti libello per dulcissimum Epithalamicū carmen de omnibus Ecclesiæ euentibus inducit Selomo loquentes; sicut suis in locis latius, cōmodiusqz explicare, secundū Domini gratiā super nos, intēdimus. Nunc uerò ne longiore proemio Sāctitatem tuā aliis grauioribus curis occupatissimā, diutius remoremur, Selomonem ipsum è fontibus Hebræorū, ad uerbū in latinum reddere, exponereqz aggrediamur. Et diu feliciter, digneqz. S. Tua Catholicæ ecclesiæ præsit.

A M E N.

AGATHII GVI.
DACERII CANTICI CAN-
TICORVM SELOMONIS
translatio, explana-
tioqz.



V AE IN principijs librorum requiri solet, ea breuiter libanda primum censemus: Vitam scriptoris, intentionem scribentis, Titulum libri, Numerum librorū. Cum qua parte sacræ scripturæ hic liber ordinetur. Vita Sciptoris manifesta est, uel ex ipsa sacra scriptura, quæ prædicat Selomonē filiū Dauid, fuisse regem Hierusalem: potentissimum, sapientissimum, Regem, filium regis, Sapientem, filium Sapiētis, Iustumqz, filiū iusti: & deniqz in omnibus patri suo Dauid maximo, ac spectatissimo apud deū, & homines uiro similem. Nam regnauit Dauid annis quadraginta, teste scriptura, quæ Regum tertio. cap. 2. ait. Et dies, quibus regnauit Dauid supra Isrāel quadraginta anni: & Selomo similiter regnauit annis quadraginta, dicente Scriptura, Paralip. 2. cap. 9. Regnauit autē Salomon in Hierusalem super omnem Israel quadraginta annis. Dauid regnauit super Isrāel, & Iudam, & Selomo super Israel & Iudam. Dauid ædificauit, unde 2. Reg. cap. 5. sic legitur. Habitauit autē Dauid in arce Sion, & uocauit eam ciuitatem Dauid, & ædificauit per gyrum à Mello & in-

b trinsecus

CANMICI CANTICORVM

trinsecus; & Selomo ædificauit templum Domini, teste scriptura, quæ Paralipo. 2. cap. ait : A Edificauit Salomon domum Domini, & domum suam, & ciuitates quas dederat Hiran Salomoni. Dauid scripsit psalmos, & Selomo scripsit Prouerbia, & Ecclesiasten. Dauid cecinit Canticum domino, teste scriptura quæ. 2. Reg. ca. 22. ait : Et locutus est Dauid domino uerba cantici huius. Et Selomo cecinit præsens canticū. Dauid dixit omnia huius mundi esse uanitates, cum Psalmo. 62. ait: Verū tamen uanitas filij hominū : Et Selomo dixit, Vanitas uanitatum & omnia uanitas. Et deniqz Rabbi Simeon nomine Rabbi Ionathan dixit, Patrē & filiū p omnia similes. Vnde inquit: Quia ipsi Dauid remissa fuerunt peccata à domino, teste scriptura, que 2. Reg. cap. 12. inquit. Etiam dominus transire fecit peccatū tuū, nō morieris : Propterea & de Selomone intelligendum similiter, & si in scriptura, nulla mētio. Cæterū illud, inquit, huius rei maximū est argumentum, quia & post peccata descendit super eū sp̄ritus sanctus : In quo compo- suit tres libros, Prouerbia, Ecclesiasten, & præsens Canticum cantorum. Intentio scribentis est, sub aptissima translatione, & metaphora sp̄osæ & sponsi per pulcher- rimū elegantissimūqz Epithalamicū carmē agere, de incōparabili Christi in Synagogā, ecclesiāqz amore. Et rursus de Synagogā, Ecclesiāqz ī Christū benevolētia ac de omnibus euentis, qui ab initio tantæ desponsatio- nis, ipsi Synagogā, in figura ad Ecclesiā euenerunt. Nā sicut Sponsus & Sponsa tempore desponsationis suæ

inter

TRANSLATIO:

fo.2.

inter dulces suas confabulationes, recensent omnia sua bona, nec etiam prætermittunt, quin in sua lætitia leni- ter attingant & mala, quæ possunt sibi euenire. Sic hic Sponsa ecclesia patrum Hebræorum, inter confabulan- dum cū Sponso suo Christo, meminit & mala sua, quæ sibi per non seruatam sp̄osō suo fidem acciderūt. Quin etiam & ipse Sponsus, & si eam dulcissimis consolatur modis, nihilominus perqz leniter, & quatenus p Epitha- lamicum carmen (quod læticiae est) licet, pluribus in locis non dissimulanter insinuat ei uentura mala, & in primis illud (quod omniū malorū caput & origo est) scissuram scilicet & diuisionē membrorū à capite, si- cuti suis locis obiter dicturi sumus. Deinde in calce li- bri, & illud quod propter suam ipsius acerbissimā mor- tem (cuius meminit) futurū erat ipsi Synagogæ maxi- mum malū, scilicet trāflationis uineæ dñi Dei Sabaoth ab ipsis Hebræis ad Gentes, & ab ipsa Metropoli He- bræorum ciuitate Hierusalem ad Metropolim gentiū urbem Romā. Titulus libri est Canticū cantorum, qd Selomoni. Quia constat in aliis suis libellis, Selomonem uarios sui nominis & cognominis indidisse titulos. In Prouerbīis enim sic incepit. Prouerbia Selomonis filij Dauid regis Israel. In Ecclesiaste autem sic. Verba Ecclesiastes regis Hierusalem. In hoc uero sine ulla sui cognominis adiectione, sic. Canticum cantorum, quod Selomoni. Propterea ipsorum titulorum diffe- rentiam penitus considerantes docti ueteres Hebræo- rum doctores, & causas eorū uarietatis quare, scilicet in

b ij puerbiis

CANTICI CANTICORVM

Prouerbij appellat se regem Israel, in Ecclesiaste uero Regem Hierusalem, & in praesenti libro se Selomonem simpliciter nominauit, diligenter discutientes, existimarent hoc a sapientissimo Selomone factum ex eo, quia cum librum scriberet Prouerbiorum, tunc primum mortuo patre regnum accepit: Scripsit enim (ut communiter omnes doctores sentiunt) hoc Canticum in adolescentia: Prouerbia in aetate prouecta: Ecclesiasten uero in senectute. Quoniam obrem cum primum accepisset regnum Selomo, ueritus ne, propter perpetuas dissidentias, & similitates, quae erant inter Israel, id est, decem tribus, & sacerdotalem ac regiam ciuitatem Hierusalem tribus Iudee, & Benjamin, Israel (ut saepe alias) deficeret, & a Hierusalē capite & tribu Iudee rebellaret. Propterea se regem, & dominum Israelis potissimum in principio sui regni in Prouerbiis professus est: ut uel ex hoc eorum peruicace animum constuderet, atque compesceret. In Ecclesiaste autem, quem edidit in senectute, cum per multos iam dominatus annos, nihil de rebellione Israel ueretur, mutauit Titulum se Regem Hierusalem uocans, & non amplius Israel, deferens tantum honorum Metropoli, Sacerdotalemque, & Regionae sanctae ciuitati Hierusalē: Quae tunc temporis & propter templum Domini, & propter magnum qui in ea residuebat sacerdotem, Princeps, & caput erat totius Israel: Insuper & typus, & figura nouae Hierusalem urbis Romae: Quemadmodum enim magnus totius populi Dei Sacerdos residuebat tunc temporis in Hierusalem, & ad eum totus populus Israeliticus ter in anno in tribus praecipuis

TRANSLATIO.

fo.3.

cipuis, & maximis celebritatibus, & in anno Iubilaei ad omnium peccatorum expiationem consequendam undique cofluebat, & sic futurum erat & in noua Hierusalem urbe Roma, posteaque propter occisum in Hierusalē Iesum Christum reprobatus est populus non uerè Israeliticus, & in hereditatem eius uocatae sunt gentes: Iuxta illud Euā gelicum, Malos male perdet, & uineā suā locabit alijs agricolis. Vnde factum est, ut propter immanissimum dicitus occisionis Christi peccatum, desolata, & solo aequata per Titum, & Vespasianum Hierusalem, eius primatus, sanctitas, authoritas, & potestas translatata sint per Petrum principem Apostolorum ad Metropolim, & principem omnium Gentium urbem Romanā. Sicut prophetatum fuerat per Dauid in Psalmis. Qui prospiciens per spiritum sanctum regnum, & gloriam, ac sanctitatem, ab Hebreis transferenda ad Gentes, & primatum à Metropoli Hierusalem ad urbem Romanam: in quinquagesimo nono, & rursus in centesimo septimo psalmo, ad maiorem rei expressionem eadem uerba replicans dixit. In Idumæam extendam calciamentum meum, mihi alienigenæ subditi sunt: Quis deducet me in ciuitatem munitam? Quis deducet me usque in Idumæam? Quis deducet me in Idumæam, id est in patriam Gentium. Quae sic dicta est ab Edom, quod cognomen fuit ipsi Esau. Quis deducet me in ciuitatem munitam? hoc est, in urbe Româ, munitam, & potestissimam. Allusioque per eleganter ad eius etymologiam, φρουρα enim grece, latine fortitudo, munitio, atque præsidium. Item & psalmo trigesimo gratias agens de exaltatione

b iij sua

sua in ciuitate munita Roma, inquit, Benedictus Dominus, quia mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita. Et rursus Psalmus trigesimo quarto expressius iuxta eundem sensum dixit sic : Confitebor tibi in Ecclesia magna, in populo graui laudabo te; In hebreo autem sic **מִזְבֵּחַ** id est, in populo fortis laudabo te, hoc est, in populo Romano gracem, id est, fortis latine, olim omnium gentium fortissimum & principem; & nunc ob cathedralis, & ossa Petri principis Apostolorum, & Pauli doctoris gentium, omnium ecclesiarum mundi prima, & principe Romana ecclesia. Soli enim Petro traditae sunt claves regni celorum; & solidi Petro ex omnibus Apostolis ter dictum a domino, Pasce oves meas. Ut igitur Selomo (ut ad regem redeamus) utramque & veterem, & nouam Hierusalem tantas, ac tales a deo electas in habitaculum suum sacerdotiales ciuitates, titulo etiam regni condecoraret, honestaretque, ac ostenderet utramque Hierusalē a deo toti orbi terrarum tum Sacerdotali, tum regia, siue imperiali (ut nunc nos dicimus) dignitate presentatam. In senectute sua in libro Ecclesiaste, se regem Hierusalem, & non Israel appellavit, Quāquidē utramque & veterem, & nouam Hierusalem praesenti drame Cantico canticorum, sub nomine sponsae, introducit loquenter cum sponso Christo. Et in primis veterem, cuius evanta oīa, signa sunt & figuræ nouae Hierusalē: omnia enim (ut inquit Apostolus) in figura contingebant illis. Deinde & pluribus in locis expressissime, & ipsam nouam Hierusalē catholicam Romanam ecclesiam, ab Hebreis & veterem Hierusalem, ad Gentes, ad caput ipsarum urbem Romanam translatā

translatā, sicut latius suis in locis exposituri sumus. His sic se habentibus, accedendum est nunc ad titulum praesentis libri Cantici canticorum : Qui nimirum longe adhuc discrepat a predictis duobus : Nam in eo absque ulla cognomine, **הַמֶּלֶךְ** tantum est inscriprium. Quod minus omnibus uidetur. Nam & si ex eo quia cum praesens mirabile canticum scriberet **הַמֶּלֶךְ**, regnum nondum acceperat : scripsit enim (ut diximus) librum hunc in adolescentia : propterea non se regem nominauit. Sed cur obsecro (quod magni erat honoris, & dignitatis) sicut & in aliis titulis, necque filium David se nuncupauit: sed solum dixit Canticum canticorum **הַמֶּלֶךְ**: Quāqui dem ad rem dicendum cum antiquis, & recentibus Hebreorum doctoribus, Selomonē in praesenti titulo, non solum a suo abstinuisse cognomine, sed etiam ab ipso suo ipsis nomine. Selomo enim hic (ut oīis docti veteres, & recentes Hebreorū inquit doctores) non est proprium Selomonis: sed epitheton ipsius regis Christi Messiae, Qui (ut iidem sentiunt doctores) appellatur **הַמֶּלֶךְ**, eo quod **דָּמֶשְׁקָ** id est, pax: **אַלְפָ** id est, sua sit: Et consimiliter & Selomo, quod in titulo septuagesimi primi psalmi, qui incipit. Deus iudicium tuum regi da: & reliqua. Ex sententia eorundem omnium veterum, & recentium. Hebreorum doctorum, non est nomen regis Selomonis, sed Christi Messiae, quod uel ex eo (inquit) maximè patet, quia Psalmus non conuenit regi Selomoni, sed soli Christi Messiae: Quod perspicuum est per totum psalmum, & maximè cum dicit: Et benedicentur in ipso omnes.

CANTICI CANTICORVM.

omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabūt eum. Ex his ergo pro intelligentia præsentis Cantici canticorum, ex sententia omnium Hebræorum doctorū, accuratius animaduertendum, q̄ non solum hoc nomen Selomo, qd' in titulo præsentis libri, sed & omne aliud, quod subinde in eodem reperitur, non accipiendum est pro suo ipsius Selomonis nomine, qui author est libri; sed pro epitheto ipsius regis Christi Messiae. Itē q̄ nos cum eisdem doctoribus sentientes, sic & ubiq̄z in præsenti libro idem nomine Selomo sumus exposituri. Liber cantici canticorum unicus est. Qui tum ab Hebræis: tum à Catholicis, & si totus prophetia est, nihilominus non cum Prophetis, sed cū hagiographis coordinatur. Et ratio est, quia omnia quæ scripsit Selomo: ut Proverbia; qui bus incipientes Deū diligere: & Ecclesiasten, quo proficentes, & præsens Canticū canticorum, quo perfectos instituit, per spiritum sanctū (ut omnes Hebræorum doctores sentiunt) scripsit, & nō per modū Prophetiæ. Quæ ex quo alio quodam modo siebat, separata est ab hagiographis scripturis. Diuidit enim tota scriptura in partes treis, uidelicet in Legem, in Prophetas, & in hagiographa. Et inter hagiographa quidē, & prophetias ipsas hoc maximē secundū doctos ueteres Hebræorum doctores interest. Quia propheta non uidet, aut intelligit aliquid, nisi prius ab omnibus suis exterioribus sensibus fuerit abstractus, & sic uidet quasi hominē secū loquenter: aut certè uidet aliquam similitudinem: aut audit uocē sibi loquentē. Et hoc contingit prophetæ in somno,


uel in

TRANSLATE EXPLANATIO QVE

fo.5

uel in uigilia pariter: & si excellentior est Prophetia uigilantis q̄ dormientis prophetæ, sicut latius diximus in cōmentariis supra Danielem. Qui autem uidet per Spiritum sanctū, sicut Selomo, & Dauid, & alii: illi nō astrahūtur à suis exterioribus sensibus, sicut Prophetæ: sed cū nullis grauioribus subditi peccatis, templū facti sint Sp̄ritus sancti, diuinarūq̄z rerū studiis, & operibus maximē intendant: tunc in suorū sensuū plenitude, & perfectione audiunt uocem sibi loquentem, & se ad diuinum amorem excitātem, atq̄z inflāmātem: sentiuntq̄z hi beatissimi homines ponī uerba sapientiæ, & intelligentiæ in lingua, & in labiis eorum. Et hoc est qd' dixit Saluator: Sp̄ritus ubi uult spirat, & uocē eius audis, sed nescis unde ueniat, aut quo uadat. Et rursus dixit, Paracletus autem sp̄ritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & suggeret uobis oīa, quæcunq̄z dixerō uobis. Quia igitur per Spiritum sanctum scripsit Selomo, sicut & pater eius Dauid: qui cōmisso peccato adulterii, clamabat, & Spiritū sanctū tuū ne auferas à me. Propterea inter hagiographas sanctas scripturas à Sp̄ritu sancto inspiratas eorū scripta cōnumerantur, & nō cum Prophetis. Qui alio excellentiore quodā modō res intellexerunt. Et de his scripturis intellexit Apostolus, cum dixit. Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docēdū: Sed prohdolor, non scripturas diuinitus inspiratas legunt his temporibus multi, sed quia in plerisq̄z completum est illud Apostolicum. Veniet enim tempus, cum sanā doctrinā

c non



non sustinebunt propterea pro diuinis inspiratis scripturis non nisi sophisticis, inutilibus, frivolisq; quibusdam quæstiunculis accuratius, noctes & dies incumbunt, Sed de his hactenus. Nuc institutu opus aggrediamur.

Canticum canticorum, quod **שִׁיר הַשִׁירוֹת לְשָׁלֹמֶן**
Selomoni.

IN C I P I V N T Canticum canticorum. Sic in ueteri latini translatione. In Græco autem rectius sic: οὐ μάτωμα ἔσι τῶν σολμῶν hoc est, Canticum canticorum, quod est Salmon. In Hebræo autem sic: Canticū canticorū, quod Selomoni. Hic est titulus præsentis libri: qui quātæ sit authoritatis, momēti, atq; ponderis, mox ostenditur, cùm non dicatur canticum simpliciter, sed Canticum canticorum, sicut quædā à Mose dicta sunt, non solum sancta, sed Sancta sanctorum: Et quædam, non solum sabbata, sed sabbata sabbatorū. Sic & præsens canticum ob suam excellentiam, dicitur non solum canticum, sed Canticum canticorum. Edidit enim Selomo quinq; supra mille cantica, teste scripture, quæ Regum tertio, capite quarto, secundum ueterem latinam translationem, sic inquit. Locutus est quoq; Salomon tria milia Parabolas, & fuerunt carmina eius quinq; milia. Secundum uero Hebraicam ueritatē, postrema uerba habentur sic: Et fuerunt canticā eius quinq; & mille, quibus quidem quinq; & mille canticis, diuinis celebravit laudes Selomo. Et horum canticorum respectu, hoc per excellentiam dicitur Canticum canticorū. Item disseruit

Selomo de natura & uirtutibus omnī fere rerū naturaliū. Quod patet ex his, quæ consequuntur ibidem. Subiungit enim scripture sic: & disputauit super lignis à Cedro, qui in Libano, usq; ad Hyssopum, quæ egreditur de pariete. Et differuit de lumentis, & Volucrībus, & Reptilībus, & Piscībus. Et ueniebant de cunctis populis ad audiendum sapientiam Salomonis. Quæ quidem cantica, & de cæteris rebus libri, atq; tractatus, ad unum perierunt, propter captiuitates nationis Hebræorum: solum extant Proverbia, Ecclesiastes, & præsens libellus Canticum canticorū. Et sequitur in titulo, quod Leselomo, hoc est, quod Christo Messiæ pacifico, subaudi, fuit cantatum per regem Selomonem.

וְשִׁיר נְשִׁירֹות בְּרִיחָה
בְּרִיחָה טוֹקָם זְנוּבָה מִזְבֵּחָה
גְּדוּלָה שְׁמִינִית טְבוּכָת
שְׁמִינִית חֲנֻכָּה שְׁמִינִית
עַל-גָּז עַל-מִזְבֵּחָה אֶת
אַתְּכָה וְשִׁירֹות אֶת

OSCULETUR me de osculis oris sui. Ita in ueteri Latina trælatiōe. In Græco aut̄ sic: φιλησάγωμεν ἀπὸ φιληκός τῶν σόματος, hoc est, Osculet me ab osculis oris sui. Et similiter in Hebræo. Cäaturus Selomo incōparabilem inter Christū Messiā, & populu suū Israeliticū, multum amorem & affectum, mira ac noua dicendi arte, per Trælationē & Metaphoram ab humano cōjugio sumptam, sub persona populi, in hoc cantico introducit e ij paruulā

paruulam puellam, quibusdam adolescentulis puellis comitibus comitatā: Et sub persona Pastoris, Christum Messiam, pastoribus sociis comitatū, inter se loquentes foris in campo, ubi cōmodius q̄ in ciuitate per quietem res amatoriæ tractantur. Et primas partes dat puellæ, quæ admodum paruula, & (ut dicitur in sequentibus) ubera adhuc non habens: Custodiebat uineas, sicut ipsa met īquit. Posuerunt me custodē uinearū. Vnde cū uidisset Pastorem Christum Messiam, sibi iam olim promissum p Prophetas, futurū Spōsum, pascētē oues, non dubitat Puella talibus ipsum dictis aggredi. Oscula letur me de osculis oris sui: Quasi cum toto animi affe ctu diceret. Quam diu Spōsus meus mittit mihi oscula per Mose, mittit mihi oscula p Prophetas: Osculetur iam obsecro me Sponsus meus, de osculis oris sui. Et dicit osculis numero multitudinis, ad expressius significandum suū ardētissimū amorē. Et dicit osculetur, ter tia pro secūda persona: sicut mos est interdū Sacræ scripturæ. Ex quibus planissime cōstat, post Prophetas ueturum fuisse Christū. Qui suis osculis suā oscularetur Ecclesiam. Osculetur me de osculis oris sui, Ac si dice ret, Tādet iam me istorū quotidianorū oscularū p Prophetas: à te ipso iam, qui totius consolationis mihi author eris, cupio deosculari. Veni igitur tu ipse spōse mi, cū tuis osculis: hoc est, cū illa benedictione, quā pollici tus es patri nostro Abraæ, Geneseos, 22. cap. dices: Pos sidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes, quia obedisti

uoci

uoci meæ: Et rursus per prophetam Psalmo septuage simoprimo dictum est. Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabūt eum, his osculis iam cupio osculari, & his benedictionibus repleri, ac satiarī: Quas mihi nemo aliis, nisi tu solus afferre potes. Osculetur igitur me dulcissimus Spōsus, & dominus meus, osculis oris sui, & nō prophetarū. Quia meliora sunt ubera tua Vino, Sic in Græco & in Latino, In Hebræo autem sic: Quia meliores sunt amores tui, quam Vinum, Et est ratio suæ petitionis. Propterea inquit cupio osculari à te, quia meliores amores tui, quam uinum, hoc est, amores tui sunt dulciores, & sapidiores, quam conuiuia, & quam omnishumana uoluptas, gaudium, atq; lætitia. Per uinum enim Scriptura hic intel ligit omne maximum humanū gaudium, atq; lætitiam. Et uult dicere, longe melius est mihi tibi adhærere, te amare, teq; frui, quam inebrari uino, id est, omnibus uoluptatibus, omnibusq; huius mundi delicijs, gaudijsq; ac felicitatibus. Quia meliores amores tui, quam uinum. Amores tuos dico illos, quos cœpisti iam mihi communicare, & ostendere in monte Sinai, dans mihi Legem, & loquens tecum facie ad faciem: Quæ fuerunt signa maximū tui erga me amoris, & affectus. Et propterea nō dubito, longe maiora à te petere. Fragrantia unguentis optimis: Sic in Latino. In Græco autem sic: ἡ σὺ μέρων σου ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα; hoc est, & odor unguentorum tuorum super omnia aromata. In Hebræo autem sic, Ad odorem unguentorum tuorum optimorum. Quia

c. iij. tota

tota intentio amantisimæ, simplicissimæq; puellæ, est persuadere pastori Christo uenire ad se deosculandam propterea nūc allícere ipsum, & magnis promissionibus, dicens. Ad odorem unguentorum tuorū optimorum. Primum notandum, hic suspendi orationē in Hebræo per accentum Zacheeph caton. Vnde quia pendens & imperfecta, propterea cū Jonathan Chaldæo: & Rabbi Selomone supplendum sic. Ad odorem oleorum tuorum optimorum, hoc est, ad famam tuarū maximarum uirtutum: Misericordiæ, Clemētiæ, & Iustitiæ, à quibus tanquam à preciosissimis oleis, & unguetis, odor bona famæ emanabit suauissimus. Si ueneris ad me deosculandam: current(subauditur) omnes gentes, & omnes nationes, & populi, qui te adhuc non cognoscunt, neq; colunt. Oleum effusum nomen tuū, ideo adolescentulæ dilexerunt te: Sensus est, Cum ueneris ad me osculandam, nomen tuum quod hactenus in mundo est, sicut oleum optimum, clausum tamē & obsignum, & non dans odorem nisi soli populo meo Israelitico, tunc post aduentum tuum, non erit amplius sic, sed erit sicut oleum effusum de uno vase in aliud, & sic maiorem dabit odorem. Ideo adolescentulæ dilexerunt te, hoc est, ideo nunc gentes, quæ mecum sunt in domo tua, & adhuc te Sponsum non cognoscunt, dilexerunt prodiligent te. Ideo adolescentulæ dilexerunt te, hoc est, Ex quo cùm ueneris ad me osculandam, nō tuū erit sicut oleum effusum, latissimū dans in toto mundo odore, per Apostolos tuos, qui dicturi sunt, Christi bonus

bonus odor sumus, ad suauissimum odorem tuū totis affectibus currentes, te summopere diligent.

Trahe me, post te curremus. introduxit me Rex in cubicula sua: Exultabimus & lætabimur in te: Cōmemorabimus amores tuos, magis q; Vinum Rectitudinibus dilexerūt te.

מִשְׁבַּתִּי אֶחָדֵיה בְּלִבְנָה
תְּכִירָנִי חֲמָלֵה תְּרִיבָה
בְּגַלְתָּה וְנִשְׁמָמָתָה בְּ
טְבִיבָה רְזִיזָה מְלָנָה
מְוִישָׁרִים אֶתְקִיבָה

TR A H E me post te, curremus in odorem unguentorū tuorū. Ita in Græco, & in Latino: in quibus abundant uerba, in odorem unguentorum tuorum. In Hebræo autem sic. Trahe me, post te curremus: Et legendum cū distinctione, hoc pacto. Trahe me, hic enim in Hebræo signatur accētus tarhah, qui uim habet suspendēdi paruper: & postea continuandū, sic. Post te curremus. Et sensus est: Trahe me, ad te amandū, scilicet, Non solum per odorem oleorum tuorum optimorum, sicut hactenus, sed iam & per oscula, quæ posteriora sunt. Post te curremus. Mirè quod cùm dixisset Trahe me, in singulari numero, mox infert, post te curremus in plurali. Quod sic intelligitur. Trahe me ad te per oscula oristui, hoc est, per aduentum tuum ad me osculandum, & redimendum, sicut pollicitus es Patri bus meis, & nō amplius p Prophetas: & sic non solum ego, sed & dictæ adolescentulæ comites meæ gētes post te curremus. Vel trahe me exponēdū sic, Trahe me ex hac

hac ægyptiaca captiuitate, post te curremus. Ego scili-
cet, & dictæ comites meæ adolescentulæ (ut diximus,) Etsic prophetat Sponsa de Catholica Ecclesia Gentium, quæ unà cū uerè Israelitica gête erat post Iesum Christum cursura. Introduxit me Rex in cellaria sua. Ita in Græco, & in Latino. In Hebræo autem sic. Introduxit me Rex in Cubicula sua. Hic rursus Spōsa à plurali nu-
mero recurrit ad singularem dicēs. Introduxit me Rex in cubicula sua: Vnde excludit adolescentulas, ex quo tunc temporis nondum maturæ Viro in cubicula Spōsi introduci non poterant: Et dicit in cubicula sua. Ex quo finis Sponsæ est introduci in cubicula Sponsi: Se-
cundum Metaphoram à Spōso, & Sponsa: in qua per petuo in toto libro perseuerat: Introduxit me Rex in cubicula sua, hoc est, in cognitionem & amorem suū, dando mihi legem, & mecum facie ad faciem loquen-
do in monte Sinai, cùm me traxisset ex AEgypto. Ex-
ultabimus, & lætabimur in te. Admirabiliter hic rur-
sus redit ad pluralem nurnerum, dicens. Exultabimus & lætabimur in te. Quasi planè diceret sic, ex eo enim quia introduxit me Rex æternus Deus pater in cubi-
cula sua, non solum ego, sed & omnes comites meæ ado-
lescentulæ perpetuo exultabimus, & lætabimur in te Spōso Christo: per quem benedicēdæ sunt gentes ter-
ræ: Sicut dictum est ad Abraam patrem nostrum, Ge-
neseos.ca.12. ubi sic habet: Dixit Dominus ad Abraam. Egressere de terra tua: & de cognatione tua: & de do-
mo patris tui: & ueni in terram, quam monstrauero

tibi

tibi: Faciamq; te in gentem magnam: & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuū: erisq; benedictus: Be-
nedicam benedicentibus tibi: & Maledicam maledicē-
tibus tibi: atq; in te benedicentur uniuersæ cognatio-
nes terræ. Et rursus, etiam sub iure iurando eidem pa-
tri nostro Abraæ Deus hoc idem pollicitus est: Sicut
scriptū est Geneseos.22.ca. Vbi sic habetur. Per me-
metipsum iuraui dicit Dominus: quia fecisti hanc rem,
non pepercisti filio tuo unigenito propter me: Benedi-
cam tibi, & multiplicabo Semen tuū sicut Stellas coeli,
& uelut arenā, quæ est in littore maris. Possebit se-
men tuum portas inimicorum suorum, & benedicētur
in semine tuo omnes gentes Terræ: quia obedisti uoci
meæ. Memores uberum tuorum super Vinum. Ita in
Græco, & in Latino: In Hebræo autem sic. Cōmemorabimus amores tuos, magis quām Vinum: Et sensus
est: ex eo quia introduxit me rex æternus in cubicula
sua, dando mihi legem, & teipsum mihi ô dulcis Spō-
se mi Christe promittendo in ea: Non solum ego, sed
& adolescentulæ mecum, hoc est, & Catholica Ecclesia
ex gentibus perpetuò cōmemorabimus amores tuos,
magis quām Vinum, id est, supra omnem humanam
uoluptatem, atq; lætitiam. Vel magis q; Vinū, hoc est,
supra amorem patrum nostrorum Abraam, Isaac, & Ia-
cob. Quorum, & si Vinum, id est, amor erga te fuit ma-
gnus, maior tamen erit amor noster, id est, Catholicæ
Ecclesiæ ex Hebræis, & gentibus cōgregataæ. Recti dī-
ligunt te, ita in Latino, In Græco autem rectius sic.

Ευαγγέλιον ἡγέπεται σε, hoc est, rectitudo dilexit te. In Hebræo autem habetur ριτούς, id est, rectitudinibus. Et sub-intellecta præpositione cum, sensus est, Patres mei dilexerunt te cum rectitudinibus, quas operabantur in nullo declinantes à uiis & mandatis tuis.

Nigra ego & formosa, filiae Hierusalē, sicut tabernacula Cedrū, subtiliter & pulchritudine, Sicut Cortinæ Selomonis.

NI G R A sum, Sed formosa filiae Hierusalem, ita in Latino, In Græco autem, & Hebræo sic: Nigra ego, & formosa filiae Hierusalem. Et si in Græco pro ego, habeat sum, sicut in Latino. Post suas petitiones, Innocentissima, prudētissimacq; puella Sponsa, & soror Christi, ut magis moueret, impelleretq; Spōsum ad sibi gratificandum, se summopere humilians, subiungit, arguens se nō esse dignam tantis gratiis, atq; muneribus, quæ sibi Dñs, & præstiterat, & præstiturum se adhuc pollicitus erat. Et hoc ex eo, quia non tota pulchra, sed partim nigra, & partim formosa. Et nigram se uocat, propter Synagogam: Formosam uero, propter Catholicam ex Gentibus Ecclesiā. Quæ Christū unā secum erat totis affectibus sequutura, Quapropter cōuersa ad filias Hierusalem, hoc est, ad suam Synagogam, inquit, Nigra ego, & formosa filiae Hierusalem: Quæ uerba alii ex Hebræorum doctoribus exposuerūt sic. Nigra ego scilicet in colore, & formosa, in pulchra & moderata membrorū proportione. Alii uero sic. Nigra ego scilicet in operibus meis, & formosa in operibus patrii;

Alii

Alii uerò sic. Nigra ego in Mundo isto: & formosa in altero. Alii aut sic. Nigra ego mihi ipsi, & in oculis meis, & formosa in oculis Creatoris. Quæ expositiones uidetur ad Tropologicū, potius q; ad literalem sensum accōmodatæ. Propterea nos ad literā exponimus sic: Nigra ego, & formosa filiæ Hierusalem. Nigra, ego, s. in filiis primæ domus sanctæ: Qui abiecto Spōso Christo, absentes post idololatriā, Prophetas eius occident. Nigra ego: cum suo pondere, dicit ego: Quasi diceret, Et ego eadem nigra sum in filiis secundæ domus sanctæ. Qui & si per Babyloniacā captiuitatē ab idololatria se expiaturi sunt, instaurata Hierusalē tñ Sanctū sanctorum Christū acerbissima morte affecturi sunt, ac proinde in perpetuā captiuitatē suntabitur. Et formosa, Ettamē inquit in aliquibus filiorū meorū eiusdē domus secundæ sum formosa, uidelicet in Apostolis, & aliis, qui Christum meū recipiēt: & pro noīe eius ultro, ac spōte propriū sanguinē fundēt. Post hæc uerò uolens expressius suā nigredinē, suāq; formositatē, ac pulchritudinē significare, subiungit, dicens: Sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis: sic in utracq; trāslatione: In Hebræo autē sic, Sicut tabernacula Cedar: sicut cortinæ Selomonis. Sum, inquit, nigra sicut tabernacula Cedar. Regio est Cedar, siue natio potius quædā Ismaelitarū, habitans in tabernaculis, quæ exposita & pluviis, & solis ardoribus, nigredinē obducūt mirabilem. Et mirè cōparauit suam nigredinem, & peccatū filiorū nō nisi tabernaculis Cedar. Quæ non solū nigerrima sunt, sed &

d ii instabilita

instabilia, nullumq; propriū habent locum : ex quibus datur intelligi, filios suos futuros & nigerrimos, & pro fugos, à proprijsq; laribus exules. Et hoc, ppter immaterialis occisionis Christi peccatum. Sicut cortinæ Selomonis. Et sum, inquit, alioqui in alijs filijs Apostolis, & cæteris eiusdæ secundæ domus, qui Christū receperūt, cādida, formosa, abscq; ulla macula, & peccato, sicut Cortinæ Selomonis, quæ factæ ex byssolino candidissimo, delicatissimoq; erant pulcherrimæ. Vñ scriptura Exodi.ca.26. Sic inquit, Tabernaculum uero ita facies, decē cortinas de bysso retorta, & reliqua, sicut cortinæ Selomonis, hoc est, sicut cortinæ tabernaculi Selomonis, i. Dei, & Christi eius, sicut supra diximus, ubiq; nomē Se lomo in hoc libro esse epitheton Regis æterni, & Christi eius. Nigra ego, & formosa filiæ Hierusalem. Quia oīa quæ acciderunt patribus Hebræis, in figura accidērunt: Propterea cùm hoc tempore potissimum & Romana Ecclesia, et si nō in Idololatria (ut uetus Hierusalē) omnibus tamen alijs peccatis inquinata, infectaq; iacēs, facta sit & ipsa nigra. Idcirco sicut ipsa uetus Hierosolymitana Ecclesia ad suas filias ciuitates, & oppida totius Israël: quorū Metropolis, & mater erat, clamat, Nigra ego, sic & Romana nunc Ecclesia ad suas filias oēs mūdi Ecclesiæ inquit, Nigra ego, & formosa filiæ Hierusalē, Nigra ego : qd delicijs, ocio, languore, desidia, luxuq; à pie & sobriè uiuēdi norma, à Christoq; Spōso adeo lōgē fecesi, ut sinn̄ ipsius gratia me ab innumeris peccatorū meorū sororibus, quibus nigredinē & squalorem

rem obduxī miserrimum, impossibile sit expiari. Quapropter nigra ego ô Filia Hierusalē: Nec tamē ppter ea quod ego nigra ô charissimæ filiæ (inquit) uos scandalum ex mea tāta nigredine, & iniecta mihi peccatorum illuuie, pati decet. Quia & si à facie peccatorū meorum nigra ego : sum tamē alioq; formosa, & pulcherrima. Sum enim formosa, quia à nullis unquā hæreticis expugnata, semper in fide Iesu Christi mei Spōsi recta, & orthodoxa permāsi. Sum formosa, & in opibus patrum, in totq; milibus meorū martyrum, qui pro fide mei Spōni Iesu Christi, ultro sanguinē suū fuderunt. Sum formosa, & in cathedra & beatissimis ossibus mei Pastoris Petri prīcipis Apostolorū, & Pauli doctoris Gētium, quibus misericorditer à Spōso meo Iesu Christo, p̄cæ cæteris mūdi Ecclesiis insignita, & dotata, prīcepis, & caput omnium Ecclesiarū mūdi cōstituta sum. Et propterea, & si à facie peccatorū meorū sum nigra, ut tabernacula cedar : sum alioquin candida, sicut cortinæ Selomonis.

Nō respiciatis me, q; ego ualde nigra : quia denigravit me Sol. Filii matris meæ irati sunt in me. Posuerunt me custodiētem uineas : Vineā meā nō custodiui.

NO LITE me cōsiderare, q; fusca sum : quia deco lorauit me Sol. Ita in utraq; trāslatiōe. In Hebræo aut̄ sic : Non respiciatis me, q; ego ualde nigra : quia d iij denigravit

אָל־תְּرַא אֵינו שָׁאָל אֲנֹנו שָׁא
שְׁרָה בָּרָה שְׁרָה
בְּשִׁמְשׁוֹ בְּנֵי אֱמֹר זְהָרָה
כִּי שְׁמַנְיָל וְטַנְנָה אֶת־
חֲבָרָמִים בְּרָמִי שְׁלִי
לְאַגְּטָרָתִי :

denigravit me Sol. Cum Spōsa, dixisset supra se nigrā hoc est, peccatis subditam & obnoxiam: uidens ob eam rem, se despiciēdam ab omnibus: atq; cōtēnendā: Propterea prudenter excusans suam nigredinē, atq; peccatum, subinfert dicens: Non respiciatis me, q̄ ego ualde nigra: quia nigredo ista, subaudi, nō est mihi p̄pria, neq; uoluntaria, aut affectata: sed est per accidēs, & cōtra mēa uoluntatem. Denigravit enim (inquit) me Sol, qui de facilī suo æstu efficit homines nigros. Verūta- men quia nō cōsueuit Sol mulieres, quæ sub umbra cōsistunt, reddere nigras, sed solum homines qui uersantur in Sole, propterea tacitae quæstionēs occurrēs Puela, reddēs causam, quāobrē accesserit ad Solē, ut ab co nigra efficeretur. Infert, Filij matris mēae pugnauerunt cōtra me. Ita in Græco, & in Latino: In Hebræo autē sic: Irati sunt in me. Posuerunt me custodiētem uineas. hoc est, fratres mei idololatræ reges Iudæ, & reges Israel. in prima domo sancta, extruderūt me ad Solem: posueruntq; me, ut custodirē uineas, hoc est, ut colerem deos alienos, & præuaricarer à Deo meo. Et ibi in custodiēdis uineis, id est, in cultibus idolorū, denigravit me sol. Et hoc pacto effecta sum nigra, & sinè proprio Sponso uidua, & derelicta. Et cū ex idololatria acriter punita per Babyloniam captiuitatē tandem emersisse- rursusq; instaurata Hierusalē, ad pristinū statū restitu- ta essem. Vineā mēa tamē nō custodiui, hoc est, Et si in secunda domo sancta procul ab idololatria steterim, uineasq; alienorum deorum non custodierim: vineā tamē

meam

meam, hoc est, legem, & cultū dei mei nō custodiui, sed incidi in magis horrendū, abominandūq; peccatū; mor tem acerbissimā inferendo ei, qui ad sanandos omnes meos languores, & ad dealbandum omnē mēa nigredinem uenerat. Filij igitur matris mēae, fuerunt causa nigredinis mēae. Quorū alij in prima domo idololatræ, & prophetarū homicidæ fuerūt. Alij uero in secunda domo (quod supra omne scelus fuit) & sancti sanctorum Christi Messiae homicidæ, hic est uerus sensus prædicatorū. Vnde, quia facta patrū signa sunt, & figura eorum quæ eueniunt filijs, sicut doctores omnes Hebræorum dicunt, Et Apostolus ipse, qui ait: Omnia in figura contingebant illis, propterea spectandū, q; etsi in Catholica Ecclesia nunq; cōmissa fuerit idololatria, sicut in prima domo à patribus: nihilominus ī Ecclesia nō defuit Arrius, Nestorius, Manichæus, Sabellius, Iouinia nus, & alij quāplurimi: qui pro idololatria improbissimas hæreticas opiniones in Ecclesiam Dei inuexerunt. Et nunc his nouissimis temporib; nō defunt quidā prædictorum ueterum hæreticorū ex Germania (quos Lutheranos appellant) discipulī, qui Ecclesiā Dei suis falsissimis opinionibus agitāt, atq; pturbāt: de quibus sicut Synagoga de idololatriis, sic & aliqua pars Catholice ecclesiæ de dictis Lutheranis hæreticis hoc tpe cōquerit, dices: Posuerūt me custodē uinearū, hoc est, cōpulerūt me, ut custodirē uineas. i. opiniones Lutheranorum hæreticorū. Et uineā mēa nō custodiui, hoc est, Récam, & Catholicam fidem non seruauit.

Annuncia

Annuncia mihi, quē diligit anima mea, ubi pasces, ubi accubare facies in meridie: quare ero sicut inuoluta, ad greges sociorum tuorum.

IN D I C A mihi, quem diligit anima mea, ubi pasces, ubi cubes in meridie. Sic in utrāq; trāslatione: In Hebræo autem sic: Annuncia mihi, quem diligit anima mea, ubi pasces, ubi accubare facies in meridie. Posteaq; Sponsa apostrophans ad filias Hierusalem, indicauit, & confessa est peccata filiorū matris suæ apud Sponsum suum Christum: nunc rursus intendens sermonem ad ipsum Sponsum, & misericordiam ab eo implorans, de malis, quæ ob dictū idololatriæ peccatū imminebāt ei tunc temporis, inquit. Indica mihi quem diligit anima mea: Mos loquendi Sponsarum, quæ cùm aliquid pertinet à uiris suis, sic per blandimentum ad eos loquuntur dicentes, Anime miuel(ut hic) quem diligit anima mea, ubi pasces, ubi accubare facies in meridie: Sen-sus est, O quem in ueritate diligit anima mea, inquit Sponsa. Posteaq; ex peccato filiorum matris mieæ toto animo, totoq; affectu, conuersa sum ad te. Indica mihi ubi pasces me: subaudi, ouem tuam: inter istos Lupos idololatras reges Iudæ: ubi cubare facies me ouē tuā in meridie: hoc est, in futura durissima Babylonica captiuitate, quæ erit mihi in tribulacionem maximā, quæ lis est æstiuus meridies ouibus: Quando(nisi prudenterissimus pastor prospexerit eis de aliquo opaco loco, in quo

תְּגִנָּה לְרַאֲכָבָתָךְ
קְפֵשִׁי אַיִלָּה תְּרַעַתָּה אַיִלָּה
מְרֻבֵּן בְּצָהָרִים שְׁלֹמָתָךְ
אַיִלָּה בְּעַטְתָּה עַל שְׂאָלָתָךְ
תְּבִרְירָה:

quo cubare faciat eas in meridie) pereunt oves. Et sic tu Spōse mi, nisi in ea maxima tribulatiōe p̄spexeris mihi de aliquo refrigerio, & solatio, actū erit de me oue tua. In easdē & nūc uoces cū amarissimo fletu prorūpit & Catholica Romana Ecclesia ad sponsum suū Christū, dicens: Indica mihi, quē diligit anima mea, ubi pasces me ouē tuā, inter recentissimos istos Lutheranos hæreticos, Vbi cubare facies me ouem tuā in meridie: hoc est, in hac maxima tribulatiōe, quæ & ab hostibus Turcis, & ab hæreticis, tacentibus, imo inter se dissidentibus Christianorū principibus, mihi imminet. Quāobrē, nisi tu optime Spōse tua solita misericordia peccatis meis parcēs, mihi opem feras, iam actū erit de Romana tua, quā p̄prō sanguine redemisti Catholica Ecclesia. Ne uagari incipiā post greges sodalium tuorū. Ita in Latino: In Græco aut̄ rectius sic, μήπωπε γένωμαι ὡς πόγιαλ λομένη ἐπὶ στρέλαις ἐταιρών σου, hoc est, Ne quādo siam sicut circumamicta in gregibus sociorū tuorū: In Hebræo autē sic: Quod quare ero sicut inuoluta ad greges sociorū tuorū. Post factā petitionē quasi desperata Spōsa, prorūpens in lachrymas apud Spōsum, inqt, Quare ero sicut inuoluta: hoc est, sicut tristī, & lugubri pallio, more earū mulierū, quæ lugent mortē uirorum, aut Charissimarū personarū inuoluta: & circumamicta, plorans super oves tuas. Quasi apertè, & de his temporibus prophetans diceret, O mi sponse, nō est honor tuus, ut ego sponsa tua, quam primū in monte Sinai tibi per donationem legis, & tot signa despōdisti, & quā adhuc

e proprio

proprio sanguine redempturus es : ut nunc sicut facta uidua inuoluar sub nigro, & lugubri pallio, & moerori bus tota, atq; lachrymis conficiar, iaceamq; confusa, & perdata : Et hoc apud greges sociorum tuorum, hoc est, in conspectu caeterarū gentium tuorum sociorū. Quire putantur pascere oues, sicut tu pascis, & esse Dii, & tibi socii, & pares in pascendis ouibus : cùm & ipsi habeat suos reges, & duces qui pascunt eorum oues.

Si nō scis tibi pulcherrima inter mulieres, egredere tibi ī ue stigia ouium, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum.

SI I G N O R A S te ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi tibi post uestigia gregum tuorum. Ita in Græco & in Latino fere. In Hebræo aut sic. Si nō scis tibi pulcherrima inter mulieres, egredere tibi in uestigia ouium. Si nō scis tibi, Post multa respōdet tādē Christus ad ea tātū postrema uerba, ubi pasces, & ubi accubare facies in meridie: atq; inqt, O pulcherrima inter mulieres, id est, inter oēs alias gentes, quæreris ubi pascā, & ubi accubare faciā te ouem meā in meridie. i. in tēpori idololatrarū regum Iudæ, & Israel. Ad quæ respōdeo: Si nō scis tibi ubi pascere debeas: Egredere tibi, & abi in uestigia ouium. s. antiquarum, hoc est, post uestigia patrum tuorum qui acceperunt, & custodierūt legem meā, & ceremonias meas: Et sic faciens & tu, non tantū nō peribis, sed & pro meritis his, pasces hædos tuos iuxta tabernacula pastorum, hoc est, pasces paruulos, & non

tantum

tantum magnos tuos absq; omni periculo, & damno. Ad tabernacula pastorum, hoc est, iuxta tabernacula gregum pastorum alienarum gentium. Hæc eadem dicit & his tēporibus Christus Ecclesiæ suæ catholicæ; quæ eisdē circūuenta laborat discriminibus: Nam & si nō ab idololatria (ut Synagoga), obsessa tamē est ab hæreticis, & infidelibus; qui eam undiq; inuidentes, prorsus delere student, atq; festinant. Propterea Christus affert eidem saluberrimum remedium, atq; cōsilium dicens. Si nescis tibi ô pulcherrima mulierum Catholica mea Ecclesia, ubi pasces in his p̄secutionibus, quæ te undiq; urgēt, opprimūtq;: & nescis tibi ubi cubes meridie, posita inter tot lupos, & infideles & hæreticos, qui in tuā perniciem obnixē nituntur: egredere tibi in uestigia ouium, s. antiquarū, i. in uestigia patrū tuorum; qui seruerunt legem meam: & sic nō timebis inimicos. Quapropter iuxta hoc consilium domini, & tu Germane, qui in medio es Lutheranorum luporū, & nescis ubi tutò pascas, & ubi cubes in hoc æstiuo meridie, in quo oues præ nimio æstu, & calore confractis Apostolicæ obedientiæ finibus, & ouile egressæ, incipiunt uagari, & in manus luporum hæreticorum incidere: egredere & tu factus uagus, & sine pastore, per teipsum, in uestigia ouium scilicet antiquarum, hoc est, in uestigia tuorum parentū: quia à mille, & quadringentis annis uel circa uocati à Romanis pōtificibus in fidē Christi ab eis regenerati, & ad oues Christi aggregati sunt. In quorum quidem Romanorum pontificū fide & obediētia, & uiixerūt e ī & mortui

& mortui sunt. Egredere ergo & tu tibi, id est, in tua p-
petuam salutē, & felicitatē. In uestigia ouiu antiquarū
tuorū Germanorū parentū, & sic à Lupis Lutheranis
hæreticis non deuoraberis : sed pro meritis his pasces
hædos, siue agnos tuos, id est, paruulos tuos, iuxta ta-
bernacula pastorum inimicarum Gentium : contra quas
præualebis.

Equitatu meo in currus Phara- לְסֶכֶת בָּרְבִּי פְּרִישָׁה
onis, assimilaui te sociā meam : אַמְּפִתְחֵה וְעַקְבֵּה : נָאוֹת
Pulchræ factæ sunt genæ tuæ i- לְתִינָה בְּתוּלִים צְבָאָה
ordinibus : collū tuū in monili- בְּתוּלּוּם חֲנִכָּה : תְּנוּנָה
bus : Ordines auri faciemus ti- בְּשָׂשָׁה-לְעֵם זְקִירָה
bi cum punctis argenti. חֲקָצָת :

E Q V I T A T V I meo in curribus Pharaonis assimi-
laui te Amica mea : Ita in utraq; translatione, nisi
quia in Græco pro equitatu habetur. τῷ ἵππῳ μονί, id est,
equa mea. In Hebræo aut̄ sic. אַמְּפִתְחֵה hoc est, ipso equi-
tatu meo. Litera enim Lammed, non est datiuī casus ar-
ticulus, ut putauit uterq; Interpres, sed est loco literæ
He, noticiæ & Emphatici articuli. Nam etsi litera Lā-
med, ut plurimū præposita nominibus significat dati-
uum casum, nihilominus interdū nō nisi emphaticus est
articulus, teste Rabbi Dauid in sua grammatica. Extat
itaq; in Hebræo totū sic. Equitatu meo in currus Pha-
raonis, assimilati te sociā meā. Sensus est, ego Sponsus
quantū te diligam, ostendi : Quādo meo illo equitatu,
& turma, ac multitudine equorum irruens, & impetū
faciens in currus Pharaonis te persequentis in Mari,
assimilaui

assimilaui te, hoc est, planè omnibus ostendisubmergē
do ipsum Pharaonem, & omnē exercitum eius, te esse
sociam, & sponsam meā. Et dixit, se equitatu suo sub-
mersisse Pharaonem, sicut & Propheta Abachuc capi-
te tertio dixit. Viam fecisti in mari equis tuis, in luto
aquarum multarū. Pulchræ factæ sunt genæ tuæ sicut
Turturis. Ita in utraq; translatione. In Hebræo autem
sic. Pulchræ factæ sunt genæ tuæ in ordinibus. Nam
etsi dictio hebraica תְּנוּנָה equiuoca sit ad turturem, &
ordines : nihilominus conuenientius hic uertenda est in
ordinibus, potius q̄ sicut Turturis, quod patet ex sensu,
qui talis est : Genæ tuæ (inquit Spōsus) pulchræ factæ
sunt in ordinibus, hoc est, in ornamentiis pendentiuī in-
aurium, & aureorū frontalium. Quibus concinnè ordi-
natis, ac pendentibus supra faciem, exornabantur mu-
lieres. Collum tuum sicut monilia. Sic in utraq; transla-
tione: In Hebræo autem sic, Collum tuū in monilibus,
auri & margaritarū, scilicet, est pulchre factum. Quæ
bona, & ornamenta omnia concessa sunt tibi ex præda
maris submerso per me Pharaone. Murenulas aureas
faciemus tibi uermiculatas argento. Sic in Latino, in
Græco autē sic : δύο καμάρας θυσίου ποντικού στοι μεγάλη στηγάτωρ
εξεργασίου, hoc est, similitudines auri faciemus tibi cum pū-
ctis argenti. Nam id qđ latinus uertit murenulas, quæ
sunt flexuosa ornamenta colli, instar murenarum : &
Græcus uertit similitudines : In Hebræo est thore, i.
ordines, sicut uertimus supra Thorim. Est enim eadem
dictio Thorim & thore ; nisi quia thorim ponit semp
e iij absolute

absolutè : & Thore cum genituo post se: sicut & oīa alia nomina Hebraica pluralis numeri: quæ in statu regiminis abiiciunt literam Mem. Et sensus est, Nos(inquit Sponsus) faciemus tibi ordines auri cū pūctis argenti, id est, cum picturis per puncta deductis, hoc est, nos persuasimus, & indurauimus cor Pharaonis, ut te unā cū omnibus suis thesauris, & iocalibus, preciosisq; rebus persequeretur, ad hoc ut eo submerso, faceremus tibi ex eis ordines auri, id est, ordinata, & cōcinnata ornamenta ; & aurea cum punctis argenteis uasa ; sicut decebat te pulcherrimā meam sponsam, in ipsa desponsatione per legem quā dedi tibi in monte Sinai, accipere : Quæ bona omnia præstitus tibi ex præda maris, post submersum Pharaonem. Nam et si in exitu de Aegypto : multum auri, & argentii detractū fuerit ab Hebreis ipsis Aegyptijs, nihilominus(ut omnes sentiunt doctores) multo maior fuit præda maris, submerso Pharaone, quā Aegypti. Et mirè dixit faciemus, futurum pro præterito, & hoc ad significādū ea ornamenta, & eas diuītias quas erat adhuc daturus in aduentu suo, ad ipsam Sponsam osculandā. Et dixit faciemus in pluri numero, transiens non sīnē mysterio à singulari ad pluralem. Quam rem attendens Rabbi Selomo in suis cōmentariis, exponit, faciemus, ego Sponsus & dominus mei Angeli, sicut exponit & illud Geneseos, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā. Et sic q̄ infantissimè uir alioqui eruditissimus, æquiparat Angelos creaturas, ipsis Creatori. Nos autē nihil de simpli

simpli literali sensu contorquentes, exponimus de tribus illis diuinis personis. Patre, Filio, & Spiritu sancto sicut in Genesi. Qui et si sunt unius indiuisibilis substantiæ: personaliter tamen ac nominibus distinguuntur. Et quia(ut ad rem redeamus)facta Patrum signa sunt eorum, quæ euentura sunt filijs(ut diximus) propterea per liberationem patrum Hebræorum de manu Pharaonis in mari, signatur liberatio gentium de manu Sathanæ : & per Mare fons Baptismatis. Quæadmodum enim submersus est Pharao in Mari: sic submergitur Sathanas & omne ius eius in fonte Baptismatis. Et sicut patres Hebræi, submerso Pharaone, ditati sunt multo argento & auro, uariisq; p̄ciosissimis rebus, sic & Christiani, submerso in aqua Baptismatis aduersario, ditantur per Spiritum paracletum : qui infinitus est thesaurus omnibus qui accipiunt eum.

Dū esset Rex in accubitu suo, נְרָדֵד בְּלִבְנָה נֶתֶן בְּשָׁמֶן Nardus mea dedit odorem suum.

DV M E S S E T rex in accubitu suo, Nardus mea dedit odorem suum. Ita in utrāq; translatione, & in Hebræo, Accipiendo tamē accubitū pro discubitu, & pp̄terea deriuari à uerbo accūbo, p̄ eo qđ significat iacere ad mēsam, & non à uerbo accubo. i. iuxta cubo. Vñ accubitus p̄ ipso accubādi actu, ut qđā male intelle xerunt. Et in primis Ioannes Reuchlin, qui fatis perpetram in suo uocabulario, in radice Sabab exposuit sic, in accubitu

in accubitu suo, id est, in amplexu suo. Cum in Graeco sit : ἐν κυκλίσει ἀυτοῦ, i.e. in accubitu suo, scilicet ad mensam, & non in accubitu, id est, in ipso accubādi actu & amplexu. Quod turpissimū & ualde indecorū esset. Nam et si, quō nos intelligeremus quātus sit amor Christi in Ecclesiā, & rursus Ecclesiæ in Christum. In hoc cantico amoris assumit Scriptura Metaphorā à Spōso & Spōfa, exprimitq; omnes illas affectiones amoris, quæ contingunt inter eos: nihil tamē inhonestum aut indecorū, & quod ad extremas lineas amoris pertineat ī eo (sicut nusquā alibi in sacra Scriptura) comperitur. Vnde in Hebræo (ut posteaquā sensum dicti uerbi expressimus & proprietatē eius in medium afferamus) habetur sic : Dū esset rex Bemesibbo, hoc est, in accubitu suo iuxta prædictum sensum. Et si secundū proprietatē uocabuli Hebraici, non propriē intelligendum, dum esset Rex ad mensam iacens & cubans more antiquorū Græcorum, aut Romanorum. Sed dum esset Rex ad mēsam sedens, & inclinatus, atq; innixus super eam more antiquorum Hebræorū supra sinistrū latus. Nā ut inquit Rabbi Dauid in libro de Radicibus uerborū, sedentes ueteres Hebrei, & non iacentes, ut antiqui Græci, & Romani capiebant cibum : & sedentes in circuitu, & delicato quadam, & magnorū uirorū more innixi supra mensam in sinistrū latus. Vnde propterea modus ille sic manendi ad mēsam dicitur Mesibba : quod uerbum deducitur à uerbo Sabab, i.e. circuiuit : Sed quia in eo circuitu sic innitebantur supra mensam, factum est,

ut Mesibba

ut Mesibba per translationē accipiatur, & pro ipsa inclinatione, & innixione supra mensam : ut dictū est. Et sic intelligendum, hic, dum esset Rex in accubitu suo, hoc est, dum Rex adhuc esset in mēsa, sedens in circuitu cū alijs, & innixus ad mēsam supra sinistrū latus. Nardus mea dedit odorem suum : Sensus est secundū Rabbi Sēlomonē, & alios doctores Hebræos. Quæ dixisti ô mi Sponse inquit innocētissima puella, uerissima sunt oīa, quia bona tribuisti mihi gratis : At ego ingratissima pro talibus, ac tantis tuis in meis beneficijs & meritis, reddidi tibi mala pro bonis, quia cū adhuc Rex esset in accubitu suo, hoc est, in discubitu suo in monte Sinai, in nuptijs meæ despōsationis loquens cū Mose, Nardus mea, q̄ bonū dare debuit odorē suū dedit odorē. s. ma Iū. i. fœtuit. Et dixit, dedit odorē suū, pro fœtuīt, p̄cōsuetū honestū sacræ Scripturæ loquēdi modū, hoc est, cū adhuc Mose ageret tecum de despōsatione mea, in mōte Sinai, ego impudentissima fornicata sum, adorās uitulum in deserto. Et hæc est expositio cōmunis Hebræorū. Et si Rabbi Iuda in libro dicto Midras Sirim hanc expositionē improbet dicēs : nō decere in hoc canticō, quod ad laudē gentis Israeliticæ est compositū, ali quid triste & contumeliosum subintelligi, cum canticū amoris, & Laudis totum sit, & non tristitiae, opprobrii, atq; conuicij : Quā obrem prædictus Doctor exponit sic : Dum esset rex in accubitu suo, Nardus mea dedit odorem suū, scilicet bonū, hoc est, Cū adhuc esset Rex in mōte Sinai, supra quē sedens, innixus erat more eorū

f qui

q̄ sedētes innitunt̄ supra mēsam:Nardus mea,quæ est herba humilis & calidæ naturæ,& pp̄terea pro Chari-
tate accipiū. Dedit odore suū,f. bonū. Ex quo tūc respō-
dit totus Israel & dixit : Oia quæ loquutus est dñs,au-
diemus & faciemus : Et in eā significationē acceperunt
dicta uerba & oēs Catholici : qui dixerūt,Dū effet rex
in accubitu suo,Nardus mea dedit odorem suauitatis.
Fasciculus myrrhæ amor meus זְרוּרַת הַמִּירָה mihi : inter ubera mea cōmora בֵּין שְׂרֵי יְלִיעָה : אֲשֶׁר בְּבָבְרַתִּי Racemus Cāphoræ,dilectus
meus mihi; in uineis Hengedi. :

F A S C I C U L V S myrrhæ,Ita in Latino,In Græco
sic, & πόδεσμον τῆς σάκτης, hoc est, Fasciculus Stactes. In
Hebraeo aut̄ sic,Zeror hamor. Et est zeror ,ppriè res
iuoluta in panniculo. Myrrha enim species Aroma-
tis est,quæ cōbusta liqueſcit,nec colligitur in fascē, sed
colligitur resina eius,nec obstat illud quod sequit̄ pau-
lo inferius,Messui myrrhā meā : Quia in Hebraeo est
Arithi,id est,collegi myrrham meā. Est enim myrrha
res quæ stillat. Et pp̄terea Græcus uertit stacten à uer-
bo stazo,hoceſt ſtillo. Est enim ſtacte gutta. Vnde &
inferius dicitur : Manus meæ ſtillauerūt myrrhā. Fa-
ſiculus myrrhæ dilectus meus : Rectius amor meus,
ſicut & in principio libri illud,quia meliores ſunt amo-
res tui q̄ uinū. Et ſensus eſt : Amor meus in Christū eſt
mihi,tanq̄ fasciculus myrrhæ,iſicut myrrha iuoluta
in panniculo aliquo. Quæ etſi ualde res odorifera eſt,
niſi tñ applicet ad ignē, nullū dat odore. Sic inq̄t Spōfa
eſt &

est & amor meus in Christum nō dans mihi odore,niſi
fuerit igne maximi amoris cōcrematus : Et hoc recte
inquit Spōfa,quia uerè amor patrū nō erat perfectus in
Christum. Et hoc ex quo non adhuc uenerat ille ignis
desuper,qui myrrham,hoc eſt, amore illū patrū He-
braeorū accenderet,inflāmaretq̄. Verè ergo dicit Spō-
fa,amor eſt in Christū eſſe ſicut myrrhā,in pannicu-
lo quopīa iuolutā : quæ non adhuc applicata ad ignē,
nihil redolebat ei : Quod inquit,etſi ſic nihilominus in-
ter ubera mea cōmorabitur. Inter ubera mea, hoc eſt,
inter duo latera arcæ foederis , quo uſcq̄ ueniat ad me
osculandū : & ad myrrhā,hoc eſt,ad amorem meū er-
ga ipsum afferat ignem:qui ipsam myrrhā cōburat,&
redolere eā mihi faciat. De quo quidē igne dicebat Do-
minus in Euangeliō. Ignē ueni mittere in terrā; & quid
uolo,niſi ut ardeat & Botrus Cypridilectus meus in ui-
neis Engaddi. Ita in utraq̄ trāſlatione. In Hebraeo aut̄
ſic.Racemus haccopher.i.camphoræ amor meus mihi
in uineis Hengedi. Est autem(ut Hebraorum docto-
res inquiunt) Camphora, ſiue, ut in Græco & Latino
habetur, Cyprus species arboris aromaticæ producen-
tis racemos cum granis in unū aggregatis in ſimilitudi-
nem racemi uuarū. Racemus Camphoræ amor meus
mihi. Nunc eūdem aliis uerbis ſubnectens ſenſum di-
cit,Racemus Cāphoræ. ſ. immaturus amor meus mihi:
Et propterea non dans mihi odorem. Atq̄ ad eiusdē
racemi immaturitatē magis exprimendam ſubiungit.
In uineis Hengedi,quæ ex quo erāt in deferto in terra
ſij Israel

Israēl, propterea per nimiam frigiditatē tardius matu-
rescebāt. Quod autē Hengedi regio sit iuxta desertum,
patet ex libro Iosue, cap. 15, ubi sic scriptū est: In deser-
to Betharaba, meddyn, & Sacha, & Nebsan, ciuitates
Salis, & Hengedi ciuitates sex, & uillæ earū, & reliqua.
Et sensus est, quod amor patrū Hebræorum fuit sicut
Myrrha in pāniculo: & sicut racemus Cāphoræ im-
maturus iuxta uineas Hengedi, ubi propter frigidita-
tem tardius fructus maturuscebat. Et propterea dictus
Cāphoræ racemus non maturuit nisi p aduentū Chri-
sti, qui cū uenisset, misit ignē Spiritus sancti: p quē cre-
mata est myrrha, & racemus Cāphoræ maturuit: &
sic dederūt odorē mirabilem p totū mundū: Et de isto
odore intelligebat Apostolus dicēs, Christibonus odor
sumus. Racemus Camphoræ amor meus mihi in uineis
Hengedi: quia Hebraica dictio קְרֵבָה quā supra. Cā-
phorā uertimus, significat etiā ppitiationē atqz indul-
gentiā latinè: Propterea secundū & id eius significatū
aliqui ex Hebræorū doctoribus exposuerunt, Spōsam
dicere sic. Racemus Haccopher. i, ppitiationis, & indul-
gentiæ amor meus mihi in uineis Hengedi. i, in deserto,
ubi toties tentatus Deus à populo suo propitiatus &
recōciliatus est eis: Sed uerius intelligitur, & hoc dicit
catholica Ecclesia: quæ inquit sic, Racemus Cāphoræ
amor meus mihi, hoc est, propitiatiōnis & indulgentiæ,
quia corpus Christi uerè fuit racemus Cāphoræ, qui
ad torcular Crucis expressus emisit fragrātissimū mu-
stum illud, per quod deleta fuerūt oīa peccata Mundi.

Ecce

Ecce tu pulchra socia mea, ecce
tu pulchra, oculi tui columba-
rū. Ecce tu pulcher dilecte mi,
etiam dulcis: etiā stratum no-
strum floridum. Trabes domo-
rum nostrarum Cedri, Menia-
na nostra Abietes.

Ecce tu pulchra es amica mea, Ecce tu pulchra:
Hinc opportunè Spōsus ex prædicatione quā hac-
tenus fecit Spōsa de amore suo in eū, incipit more eo-
rum Sponsorū qui ualde diligunt Sponsas suas, laudare
eam, de pulchritudine, & uenustate dicens: Ecce tu pul-
chra es amica mea, Ecce tu pulchra, oculi tui columba-
rum, hoc est, non solū es pulchra, pulchra, sed oculi tui
columbarū: quod est tota pulchra. Quotiescūqz enim
sacrificanda erat Columba, attendeant primū ad ocu-
los eius; qui si erāt pulchri, existimabatur tota pulchra,
& absqz ullo defectu in membris eius. Et sic nulla alia
facta inquisitione applicabatur columba ad sacrificiū:
Vel dicit, oculi tui columbarum, ex quo sicut colubra
per nimiā castitatē, nunqz adhæret nisi proprio marito,
sic & tu (inquit) per magnā fidem. Nam etsi deficiens
à me adorasti Vitulum, nō tamē defuerūt Leuitæ: qui
tanqz columbæ nō præuaricati sunt. Hæc in signo, &
figura dicta sunt, p catholica Ecclesia: Quæ uerè pul-
chra, & pulchra: & nunqz (sicut Synagoga) post idolo-
atriam præuaricata. Et oculi eius sicut columbarum,
hoc est, simplices sicut oculi columbarum, Iuxta uerbū

f. iiij Domini

תְּנַחֲתָה וְתִפְתָּח רְעֵנָנִי תְּנַחֲתָה
יְפָתָח עִזְנֵינוּתָה יוֹצִים: תְּנַחֲתָה
יְפָתָח רְוֹאֵת אֶת־צְעָדים
אֶת־עֲרָשֵׁנוּתָה רְעֵנָנָה:
קְרוּתָה בְּתִירָנוּתָה אֶתְזִים
לְחַיְתָנוּ בְּתִירָנוּתָם:

CANTICI CANTICORVM,

Domini, qui dixit : Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut Colubae. Oculi tui ergo Columbarum, hoc est, simplices, ac proinde ad intelligendum perspicacissimi. Vnde & Spiritus sanctus, qui Lux est bonarum mentium, non nisi in specie Columbae apparuit. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Ita in utraque translatione : In Hebræo autem sic : Ecce tu pulcher es dilecte mi, etiam dulcis. Hæc uerba sunt Sponsæ: quæ respodetis ad prædicta, inquit. Quid ô dilectissime dicitis me pulchram, & pulchram, & oculos habere Columbarum? Non mea est pulchritudo, sed tua. Tu solus enim es pulcher, etiam dulcis : qui pepercisti peccatis meis. Lectulus noster floridus. Ita in Latino, in Graeco autem ~~ειλογη~~: id est, condensus, & umbrösus. In Hebræo autem sic. Etiam stratum nostrum floridum. Sensus est : Etiam, hoc est, ultra pulchritudinem, & dulcedinem tuam, Lectulus noster, hoc est, tabernaculum cōgregationis, & Ecclesia ipsa est florida, hoc est, fœcunda & affluens in multis filiis. Et est Metaphora sumpta ab arboribus, quæ cum fructus producunt, germinant, & florescunt. Insuper seruatur perpetuò. Metaphora sumpta à matrimonio : cuius lectus cum fœcundus est, dicitur floridus, & uirescens. Et per Translationem ponitur lectus pro ipsa Ecclesia, quæ est lectus, & quies Sponsi Christi, & congregationis similem. Tigna domorum nostrarum Cedrina. Ita in utraque translatione : In Hebræo autem sic : Trabes domorum nostrarum

8

TRANSLATE EXPLANATIOQUE. fo.20

nostrarum Cedri. Hæc dicta sunt ad laudem structuraræ Tabernaculi, & Ecclesiæ ad literā. Allegoricè autē, Trabes domorum Sponsi, & Sponsæ, id est, Ecclesiæ sunt Sacerdotes & Doctores Ecclesiæ. Qui tanq; trabes sustentant domum Dei, Ecclesiam ipsam. Et trabes dicit, non nisi Cedrinae, ex quo sicut Cedri in arboribus, sic Sacerdotes in Populo. Est enim Cedrus arbor maxima, & procera, nec onerosa parietibus, & lignum iucundi odoris, & diu durans : nec à carie unq; corrumpitur. Et ex hac arbore nascitur oleum, quod Cedreum dicitur. Quo reliquæ res cum unguntur, à tineis, & carie non lœduntur. Iuxta quem sensum Per-sius dixisse uidetur, & Cedro digna loquitus. Debent itaque Sacerdotes, q; magni & alti sunt dignitate in Populo, ut Cedri in arboribus, esse leues, & non onerosi parietibus, id est, Ecclesiæ cui præfunt, & dare bonum odorem Populo : Ita ut cum Apostolo dicere possint. Christi bonus odor sumus. Et sicut Cedri non corrumpuntur à tineis, & carie, sic & ipsi non corrumpantur à uitiosis & peccatis. Item sicut ex Cedris nascitur oleum, quo res inunctæ non corrumpuntur à tineis, & carie: sic ex Sacerdotibus oriatur doctrina, & bonum exemplum, quibus conscientiæ hominum inunctæ, non corrumpantur à uermibus peccatorum. Et ad hunc sensum loquitur Scriptura hic dicens : Trabes domorum nostrarum Cedri. Laquearia nostra Cupressina. Sic in utraque translatione. In Hebræo autem sic.

Rahitenu.

CANTICI CANTICORVM

Rahitenu berothim, quæ uerba, quia non nisi in hoc lo-
coleguntur, propterea uarie exponuntur ab Hebræis.
Quidā enim exposuerūt sic : Meniana nostra abietes.
Sūt enim Meniana ædificia ex trabibus, quibus currit
circa domū. Et tūc dictio quæ sequitur berothim, expo-
nitur abietes, ut sit Meniana nostra abietes. Rabbi aut̄
Abraā Abenezra dixit, q̄ Rahitenu sūt canales aqua-
rum, in quibus adaquant̄ pecora. Et tūc Berothim, inq̄t,
exponēdū marmora, ita ut sensus sit, & canales nostri
marmora, hoc est, & in canalibus nostris aquarū mar-
mora. Et secundū primā expositionē Allegoricē, p̄ abie-
tes, q̄ sustinēt ipsa Meniana in domo, significant̄ adhuc
& ipsi Sacerdotes, q̄ debet esse & sicut arbores abietes.
Sūt enim abietes arbores præ cæteris arboribus lōgæ,
& cādīdæ : quas aliqui ppter nīmiū earū candorem, &
gallicas appellāt, quæ pulcherrimæ, & ad pondus susti-
nendū in ædificiis satis ualidæ sunt. Abietes itē arborū
altissimæ & erectissimæ sunt. Quæ proprietates oēs in
Sacerdotibus, qui fulciūt domū dei, & speculatores sunt
gregis ouiū, esse debet. Secūdū uero alterā expositionē,
quæ est, Canales nostri marmora, siue secundū eius sen-
sum, cū præpositione subintellecta sic : In canalibus no-
stris marmora. Denotañ candor, & puritas aquarum. i.
doctrinæ, & sapiētiae utriuscq̄ testamēti. Per aquas em̄
hic intelligitur doctrina, & sapiētia domus dei : Iuxta
illud Isaie cap. 55. Omnes sitiētes uenite ad aquas, quæ-
quidem aquæ cōtinentur à cādīdissimis marmoribus. i.
à candidissimis mentibus fidelium.

Capitulū

TRANSLA. EXPLANATIOQVE. fo. 2 i

CAPITVLVM SECUNDVM.

אָנוֹ חַבְצֵלָה חַשְׁרֶזֶן שׂוֹשָׁנָה
קְרַמְקִים : בְּשׂוֹשָׁנָה בֵּין
חַתּוֹתִים בֵּין רַעֲנָנִים בֵּין מְבָגָהִים.

EGO FLOs campi, & Liliū conuallium : Ita in
Utracq̄ trāslatione : In Hebræo autem sic. Ego Ro-
sa campi, & Viola cōuallium. Hic Sponsa perquā mo-
destè cōmendans se apud Sponsum, exprimit naturam,
& cōditionem suā dīcēs : Ego Rosa campi : Quæ etsi
pulchra, & odorē dat suauissimū, nihilominus ad modi-
cum tempus durat. Et propterea signatissimè dīxit cā-
pi, & nō horti, quia in horto Rosa custoditur : & ideo
ibi magis est tuta : sed dīxit cāpi, ubi nullo munita præ-
sidio, patet omnibus. Itē dīxit campi : quia campus ma-
gis subiçitur Solis ardoribus, q̄ alius locus. Vnde uerè
Ecclesia, & quælibet anima est sicut Rosa campi : quæ
etsi pulchra, & odorifera, nihilominus paruo tēpore du-
rat. Ex quo in campo mox aut Solis ardoribus arescit,
aut incursionib⁹ hominū auellitur, aut certè pedibus
cōculat. Et Liliū conuallium. Sic in utracq̄ trāslatione. In
Hebræo aut̄ Sofanna. Est aut̄ Sofanna, ut inquit Rabbi
Dauid Kimhi, in libro de radicibus uerborū. Flos can-
didus habēs pulchrum odorē. Et dicitur (ut inquit) So-
fanna à ses, id est, sex. Propterea q̄ sex constat candidis
folijs. Et in Latino, inquit, dicitur Viola : Et uiola con-
uallium, quia in Ecclesia Dei duo sunt genera hominū :
Vnum mediocrium, & alterum perfectorum. Vnū qđ
tantum ad decem mandata tenetur : & alterum quod

g perfectionē

perfectionem Euangelicam profitetur. Ethi nō tñ ad mandata, sed ad concilia Christi obligantur. Quale est in primis illud. *Vade & uede oia quæ habes, & da pauperibus, & ueni sequere me.* Quāobrē ppter huiusmodi perfectos homines, Sponsa nō se Rosam cāpi, sed quod maius est, se Violam cōuallium rursus appellat, dicens: *Et Viola cōuallium: quod maioris est & cōditionis, & dignitatis:* Nam Viola cōuallium lōgē præstat Rosae campi: Præstat enim, quia uiola cōuallii nō est ita exposita Solis ardoribus, sicut Rosa cāpi, hoc est, Viri perfecti, qui nudi nudum Christū sequuntur: non sunt ita expositi solaribus ardoribus, id est, uitiorum, & peccatorum istius Mundi cōcupiscentiis, sicut Homines, qui solum credētes in Christum uersantur in campo istius Mundi. Secundo Viola cōuallii præstat Rosae, quia in cōuallibus locis separatis, remotis, & quietis magis tuta est, & non ita exposita discriminibus, & periculis, sicut Rosa campi. Sic Allegoricè & Viri perfecti, qui à campo Mundi sese ad conualles, & loca secreta conferunt: magis tuti sunt ab inimicis, & magis quieti, & ad proficiendum in diuina Charitate magis intenti. Recte igitur cū dixisset Sponsa: *Ego Rosa campi, respectu eorum, qui in uita uersant actiua, quod maius est, postea intulit dicens.* Et Viola conuallium, respectu eorū, qui uitam sibi elegerunt quietam, & contemplatiuam. De qua dixit Dominus, Maria optimā partē elegit, quæ nō auferetur ab ea. Sicut Viola inter Spinas, ita Socia mea inter filias. Alternatim nunc respondens Dominus, cōparat

parat Spōsam redolēti, & pulchræ Violæ, quæ est inter spinas dicēs: *Sicut Viola inter spinas, sic Socia mea inter Filias:* hoc est, quēadmodū Viola circundata spinis semper pūgitur ab eis, & nihilominus perseverat in sua pulchritudine: sic Socia mea inter Filias. i. Ciuitates, & Oppida Israēl, quæ sunt ipsi Hierusalē, ut Filiæ: Pungunt eā tamen semper, tanq Spinæ calūniantes eā, & quærentes excutere iugum obedientiæ, & subiectiōnis. Hæc & per figurā dicta sunt, & pro noua Hierusalem Romana Ecclesia, quæ mater omnī Ecclesiārum sicut Viola inter Spinas, sic & ipsa inter filias. i. Ecclesiās: quæ semper pungunt eā per nouas calumnias, & hæreses adinuētas: nihilominus, sicut uiola pūcta à Spinis, non ppter ea amittit suā pulchritudinem: sic & Romana Ecclesia calūniata, & pūcta à Filiabus suis, nunq tamē propterea amittet decorē suū: Et hoc nō sua, sed sui primi Pastoris Petri uirtute: *Ad quē dixit Dominus, Petre rogaui pro te, ne deficiat fides tua.*

פָתַחֲךָ בְּעֵין הַלְּעֹרֶב
רוּאִי בֵּין חַבְנָם בְּצַלְלָה
חַנּוּרָתִי וּוְשַׁבְּתִי וּפְרִירָה
מְחוֹק לְחַקִּי;

SIC V T Malus īter ligna Syluarū, sic dilectus meus inter filios: Sic ī utraq trālatiōe. In Hebraeo aut sic: Sicut Malus ī arboribus Syluæ, sic dilectus meus inter filios. Sicut Malus ī arboribus syluæ. Cōparata Spōsa à dñō Violæ, q̄ est inter spinas, nūc alternatim Sponsa quā elegantissimè cōparat Sponsum non floribus, aut

g ij herbis

herbis, quæ res tenues, & humiles sunt: sed comparat eū Malo arbori pomiferæ, altæ, atq; sublimi: & quæ inter arbores Syluæ steriles, & minime fructiferas præstantissima atq; iucundissima est earū omniū: tū quia cū aliæ oēs circumstantes arbores steriles sunt, ipsa uberrimos dat fructus: tū quia Poma fructus eius nō tam dulcia sunt, sed & suauissimi etiā odoris. Et umbram alioquin præstat amoenissimā omnibus diuertētibus ad eā. Propterea aptissimè Sponsa comparat dilectū suū huic Arbori, cū ait, Sicut arbor Malus pomifera in arboribus Syluæ, in frēcundis scilicet, sic dilectus meus inter filios, hoc est, inter cæteros iuuenes, Deos Gētiū (ut exi stimant) qui tanq; arbores Syluæ steriles sunt, & nullius fructus. Sub umbra illius, quē defyderauerā, sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Sic in utraq; trāslatione, In Hebræo autē sic: In umbra eius defyderauī, & sedi: & fructus eius dulcis palato meo. Sub umbra eius, arboris pomiferæ (subaudī) defyderauī, & cōcupiū. sedere, & quiescere. Et sedi, & quicui: Et sedēs sub eius umbra, comedi de fructibus eius dulcibus, & odoriferis: Et fructus eius dulcis palato meo.

Introduxit me in domū Vini: & uexillū eius super me Charitas. Sustētate me phialis, sternite me malis, quia languens amore ego. Læua eius sub capite meo, & dextera eius amplexabitur me.

תְּבִיאוּ נָא לְבִנָּת חַנִּין
וְוְגָלֵל עַל יְאַחֲרָה סְפֻזְבָּנָן
בְּאַשְׁיָשָׂת בְּפָרוֹצָן
בְּתַהְתָּהָם קְרִיחָלָן
אַתְּבָת אָנוֹן שְׁמַלְלָן
פְּתַחְתָּה לְרָאשָׁי וְגַמְלָן
לְתַחְתָּקָנָן
Introduxit

INTRODVXIT me Rex in cellam uinariam, ordi nauit in me Charitatē: Sic in utraq; trāslatione: In Hebræo autem sic: Introduxit me in domum Vini, & uexillū eius super me, Charitas. Posteaq; dixit Sponsa, sedisse & quieuisse sub arbore Malo, & comedisse de fructibus eius dulcibus, nunc subiungit dicens. Introduxit me in domum Vini, hoc est, in legem, ubi multum bibens inebriata sum, s. Vino diuini amoris. Ordinavit in me Charitatē, In Hebræo, uexillum eius super me Charitas, hoc est, Et uexillum, quod leuavit, & erexit super me ad ducēdū me post se: Charitas, & amor, & nō alia merces, aut stipendium. Fulcite me floribus, stipate me Malis. Ita in utraq; translatione ad sensum. In Hebræo autem sic ad uerbū: Sustentate me cū phialis, sternite me Malis, quia languens amore ego. Ex his datur intelligi, q; posteaq; ingressa fuit domū Vini, cū multū bibisset de Vino, cœpit grauiter præ nimio amore ægrotare, & infirma esse. Et propterea ad significantiam agritudinem, & infirmitatem suā ex diuino amore, ægrotantium more clamat. Sustētate me cū phialis scilicet optimi Vini: Sternite me malis, s. dulcibus, & odoriferis: quia amore langueo. Mos enim ægrotantium, & infirmorum est, cū maxima afficiuntur, & labrant infirmitate, petere uarias optimi uini Phialas, uariaq; & multa optima redolentium Pomorum genera: ut uidendo saltem, & odorando hæs res, recreationem aliquam accipiāt. Sic & Sponsa nunc facta ex diuino amore languida, petit huiusmodi res languentū ad se g. iij refocillādā,

refocillandam, atq; recreandā. Hæc ebrietas diuini amo-
ris, & si in utraq; & ueteri & noua Ecclesia fuerit: ue-
hementior tamē in noua catholica Ecclesia: quæ uerè
inebriata uino illo sanguine Christi, ultro fese in morte
Tyrānis offerebat. Læua eius sub capite meo, & dexte-
ra illius amplexabitur me. Sensus est: Cum itaq; ego
Spōsa, sic grauiter amore illius ægrotarē, & languida
essem: mox præsto mihi fuit dilectus meus: qui uidēs
me ita uehemēter languere, more charissimorū amico-
rum, qui amicis ægrotantibus cōpatiuntur, læuā suam
mihi languenti sub capite meo supposuit: & dextera
sua me amplexus est. Quam rem facit cōtinue Christus
Iesus Ecclesiæ suæ existenti in infirmitate & tribulatio-
ne, sed potissimū cum amore languet.

AD I V R O uos filiæ Hierusalē p capreas, ceruasq
campi,& reliqua. Hic est locus,in in quo Sponsus
utriuscq Hierusalē Christus aptissimè subiicit totū po-
pulū Israëliticū,oēscq Ecclesias orbis terrarum,sub uno
magno Sacerdote,& una matre Ecclesia ueterē Hieru-
salē,& noua Romana. Imprecaturq filiabus utriuscq
ueteris,& nouæ Hierusalē durissimā Ferarū morte,si
rebellantes à matre Ecclesia Hierusalē,fuscitauerint,&
excitauerint eā,hoc est(ut exponit Rab.Selomo)si eam
fuerint

fuerint aliquo modo cauillatæ, calūniatae'q; dicens; Adiuro uos filiæ Hierusalē, hoc est, uos omnē populu Israe liticū, & oīa Oppida, & Ciuitates uestras, quæ estis ipsi Hierusalē ut Filiae. Et sic in Euāgelio Mulieres quæ sequebantur eū à Galilea ministratæ ei, appellauit Filias Hierusalē, dicens; Filiæ Hierusalē, nolite flere sup me &c. Et sic Rabbi Abraam Abenezra, & antiqui doctores Hebræorū oēs exponūt p Filias Hierusalē itelligi oīa loca, q̄ habitabant ab Israel, & totū Populu ipsum Isra eliticū, quem Dominus terribiliter adiurat, dicens; Adiuro uos filiæ Hierusalem per Capreas, Ceruasq; campi, si suscitetis aut si excitetis dilectam, scilicet Ecclesiam Hierusalem, hoc est, ut exponit Rabbi Selomo, & Rabbi Abraam Abenezra in suis Commentariis, Imprecor uobis mortem fæuissimam, quam Capreas, & Ceruae campi patiūtur à Venatoribus, à quibus circunuentæ, & captæ, occiduntur, & dilaniantur. Si suscitetis, aut si excitetis dilectam sponsam, scilicet meā Hierusalem, quoadusq; ipsa uelit, Ita in Latino, & in Græco: In Hebræo autem ρενηψ ρι, id est, complacentiā habebit, scilicet in me, quod erit usq; ad meū in ipsam aduentum. Hæc eadem in figura dicta sunt, & pro noua Catholica Ecclesia, cuius filias, id est, omnes totius orbis terrarum Ecclesiæ, sub eadem adiuratione & imprecatione Dominus nimirum terribiliter adiurat, & astringit, ne suam dilectam nouam Romanam Ecclesiam suscitent, aut excitent, hoc est, calumnientur, atq; perturbent; Quousq; ipsa complacentiā

placentiam habebit in se Spōso Christo, quod erit usq; in finē. Sed quia tantūm potuit caro, & sanguis: ut neq; sic terribiliter adiuratae filiae ueteris Hierusalē sese cōtinerent, quin per idololatriam rebellarent à matre sua Hierusalem, tempore regis Roboam, propterea dictam terribilem adiurationem incurrentes, tanq; capreæ, ceruæq; camporum datæ sunt in manus Regis Assyriorum in prædam & mortem, & in captiuitatē sempiternam. Et quia omnes euentus (ut diximus) ueteris Hierusalem figuræ sunt, & signa nouæ Hierusalē Romanae Ecclesiæ; omnia enim (ut inquit Apostolus) in figura contingebant illis. Propterea non mirum, si sic similiiter postea & Græci rebellantes ab ipsa noua Hierusalem Romana Ecclesia, per nephariam eorum hæresim in eandem dominicam imprecationem incurserūt: & tanq; capreæ, ceruæq; campi, & ipsi dati sunt in manū regis Turcarum in prædam, & in captiuitatē à septuaginta annis citra, & usq; in præsentem diem, & nunc proh dolor & plæriq; Germanorū nō timētes tam terribilem, tamq; acerrimam Christi adiurationem imprecationemq; necq; tā aperta, quæ ex ea subsequuta sunt iudicia, rebellantes à noua Hierusalem Romana Ecclesia, sese in iudicium decem tribuum, & Græcorū præcipitant, in interitum, & damnationem sempiternam. Sed quid dicemus ad hæc, nisi illud Dominicum uerbum & Væ Mūdo à scandalis: necesse est enim ut ueuant scandalata, Veruntamen uel homini illi, per quem scandalum uenit.

Vox

קוֹל אֶחָד חַנְחָת בָּא מַרְלָג עַל-הַמִּזְבֵּחַ מִקְרָב עַל-הַגְּדָעָה: דָּבָת רָוֵן לְצָבֵי אוֹ לְשָׁפֵר מַעֲלִים חַנְחָת שָׂמֵר אַחֲרֵ בְּחִלְנוֹת פְּשָׁגִית מִן תְּחִלְנוֹת מִצְרַיִם מִן מִתְּרוּבִים :

Vox Dilecti mei, ecce iste uenit saliēs supra Montes, transiliēs Colles &c. Sic in omnibus tribus liniuis ferme. Cū cœpisset narrare Spōsa in principio Cantici, quonā pacto educta fuisset de Aegypto, & accepta lege introductory fuisset in cubicula Regis: postea facta digressione pducta est cū ea hucusq;. Nunc uero rediēs, unde digressa fuerat: narrat modū suæ liberationis ab Aegyptiaca captiuitate, dicens, quod cū magno desiderio expectaret finē suæ captiuitatis, diceretq; continuè, Trahe me, post te curremus. Ecce, inquit, uox dilecti mei, & ipse metuere dilectus meus præsto ante etiā præfixū terminum captiuitatis. Saliens supra Mōtes, & transiliēs supra Colles, similis Capreæ, Hinnuloq; Ceruorū, in currendo. s. ad me liberandū: Ecce iste stans post parietē nostrū &c. Sensus est: Credebam ego Sponsa me tristem, mœstamq; perm̄surā adhuc p dies multos in captiuitate Aegyptiaca, quādo ecce dilectus meus prope me indicans se stare post parietē nostrū, & respicere ex fenestrīs, & cancellis ea, quæ siebat mihi oppressæ, & attritæ in Aegypto: Sicut & ipsa inquit scriptura: Videre uidi afflictionem populi tui.

h Respōdit

Respondit dilectus meus, & dixit mihi. Surge tibi Socia mea, Pulchra mea, & uade tibi. Quia ecce Hyems transiit, Imber abiit, & recessit sibi. Gemmæ florū uisæ sunt in terra: Tēpus Cantilenæ aduenit: & Vox Turturis audita est in terra nostra. Ficus ptulit Grossos suos: & Vites uua acerba dederūt odo rē. Surge uade Socia mea, Pulchra mea, & uade tibi.

EN DILECTVS meus loquitur mihi: Surge, p-
Epera Amica mea, Columba mea, Formosa mea, &
ueni. Ita in utrāq; trāslatiōe ferme. In Hebræo autē sic.
Respondit dilectus meus, & dixit mihi: Surge tibi So-
cia mea, Pulchra mea, & uade tibi, ex quibus apparet
in utrāq; translatione abundare uerba, propera: Colū-
ba mea, quæ in Hebræo non extat. Posteaq; dixit Spō-
sum more currentis Capreæ, Hinnulicq; Ceruorū, uenis
se ad se liberandā de captiuitate Aegyptiaca: nunc sub-
dit q; ueniēs etiā loquutus fuit secū, & ei clamāti respo-
dit p Mose, & Aaron & dixit: Surge tibi Socia mea,
Pulchra mea, & uade tibi: quia tempus iam est, ut te
educā de captiuitate. Iam enim Hyems transiit, Imber
abiit, & recessit: sic in utrāq; trāslatiōe. In Hebræo autē
sic: Quia ecce Hyems transiit, Imber abiit, & recessit
sibi, &c. Volens dominus educere populum suū Israeli-
ticum

שׁבַת יְהוָה וְאֹבֶר לֵגֶן
קִימֵי לְהַרְעֵנִי בְּפָתִי
וְלִבְרֵלֶה: פִּי-חַבָּת חַבָּת
שְׁבַר חַבָּשִׁים חַלָּת חַלָּת
לֵגֶן: חַבְנִינֶבֶר נְרָא
בְּאַרְצֵךְ עַת חַבְמִיר חַגְיָשׁ
יְקֻוֵּל שְׁקוּוּר נְשָׁמָע
בְּאַרְצֵנו: חַקְאָנָה חַנְתָּה
פָּגָנָה וְחַגְפָּנִים סְפָנָר
בְּקָנָה לְהַתְּקִוְמִי לְבִנִּי
רְעֵנִינִי בְּפָתִי וְלִבְרֵלֶה

ticū de Aegypto, quo facilius ei persuaderet discessum:
ostendit opportunitatem temporis, quo id facere elegerat, dicens. Quia ecce Hyems trāsīt, Imber abiit: Quæ sunt, iter facere uolentibus, grauissima. Sed hæc, inquit, abierūt: & Ver aduenit. Et sic quò Spōsam magis alliceret ad iter arripiendum, narrat & cōmoditates itineris, dicens. Flores apparuerunt in terra nostra. Tempus putationis aduenit: Vox Turturis audita est in terra nostra: Ita in utrāq; translatione. In Hebræo autē sic. Gemmæ florum uisæ sunt in terra, tempus Cantilenæ aduenit. Et Vox Turturis audita est in Terra nostra. Gēmæ Florū uisæ sunt in Terra, hoc est, Aduenit iam amoenissimū t̄ps ueris, in q Arbores ptulerūt suas Flo-
rum gemmas. Quas iter faciēs uidēdo, admodū delecta beris. Tēpus putationis aduenit. Ita in Græco, & in Latino. In Hebræo aut̄ habetur Zamir, qd' æquiūocū est ad putationem, & ad Cantilenā. Et cōueniētius hic accipitur ab Hebræis pro Cantilena, quia sensus est: Insuper & Aues ipsæ hoc tpe quā dulcisimè canētes, sum-
mopere delectabūt te iter faciētē. Et Vox Turturis au-
dita est, hoc est, & insup Turtures, & Colubæ cōperūt iam canere, & suas uoces dare in terra nrā, p quā itura es. Ficus ptulit Grossos suos: & Vineæ florētes dede-
rūt odorem suū, ita in Græco, & in Latino, In Hebræo aut̄ sic. Ficus ptulit grossos suos, & Vites Semadar uua acerba dederūt odorē. Ficus ptulit Grossos suos, si'l & aliæ Arbores, Et Vites Semadar, qd' est cū uua acerba quæ cū primū incipit excidere, & exire à suis Floribus

h ii qui

qui excidentes dant odorem: quas res (inquit) uidere in itinere, erit tibi admodum delectabile, atque iucundum. Surge, ppera, Amica mea, Spōsa mea, & ueni: sic in utraque translatione. In Hebræo autem sic. Surge, uade Socia mea, Pulchra mea, & uade tibi. Posteaque more Sponsorum, qui cum uolunt traducere Spōsas in domum suā, narrat eis cōmoditates oēs itineris, allexit Dominus Sponsam, & fororem suā congregationem Israel, eā excitans ad iter, subdit: Surge, uade Socia mea, Pulchra mea uade tibi. Repetitio eorundem uerborū ad ostendendū magnum ipsius Sponsi amorē, & affectū. Iam Hyems trāsīt, Imber abiit, & recessit, & reliqua. His ad literā sic expositiis, opere preciū est nūc ea oīa, & mysticè secūdū Allégoricum sensum, sicut ueteres Hebræorū doctores exponuerūt, exponere. Dicebat itaque Sponsus: Surge tibi Socia mea, Pulchra mea, & uade tibi. Hoc est, excitare, & moue te ociosus: quia ecce Hyems trāsīt, hoc est, quadrängenti anni captiuitatis tuæ in Aegipto, à nativitate Isaac, supputando, præterierunt. Intelligit enim Scriptura Metaphoricè per Hyemē captiuitatē. Imber abiit, & recessit, hoc est, Et ipsa calamitas, maximaque Hyemis asperitas, atque difficultas abiit, & recessit. Intel ligitque per Hymbrē octoginta, & sex annos eiusdem captiuitatis: quibus supra modum saeuitū est contra eos ab Aegyptijs. Quod tempus cœpit à nativitate Miriam sororis Mose, & Aaron, unde ab ea saeuitia, & amarissimo eventu, nascenti tunc sorori eorundem, impositum est ei nomē Miriam, quod est nomē à Mar, id est, amaritudine

ritudine deductum, & ei impositum. Ex quo à nativitate Miriam supra modum amaricare cœperūt Aegyptijs Israel. Vnde & beatissima Virgo nuncupata fuit & ipsa Miriam, id est, amaricata ualde, sicut & prædictum fuit ei per Sanctum senem Simeonē. Tuā ipsius Animam Gladius doloris pertransibit: Et si Miriam nihilominus potest exponi uisio, si uelumē Maris. Vnde merito eadem Virgo ab hac Etymologia appellatur Maris Stella. Gēmæ Florū uisæ sunt in terra, hoc est, Ecce Mose & Aaron, qui sunt tanq̄ Gemmæ Florum, præsto ad omnes cōmoditates uestras. Tempus Cātile næ aduenit, quod erit signum illius pulcherrimæ Cantilenæ, quā cantaturi estis mihi in Mari Rubro pro habita de Pharaone, & exercitu eius uictoria, que incipit, Cantemus Domino gloriosè, & reliqua. Vox Turturis audita est in Terra nostra, i. Vox lætitiae, exitus uestri de Aegypto. Ficus protulit Grossos suos, hoc est, Adeſt iam tempus, in quo offeretis Grossos, hoc est, pri mogenita uestra. Et Vites cum Vua acerba dederūt odo rem, hoc est, adeſt iam tempus libaminis, & sacrificij per Vinum. Hæc, quæ in figura contigerunt Patribus Hebræis, contigerunt postea, sicut & figurata sunt, & Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, quæ nō solū per quadrängentos annos manserat in Aegypto, id est, in captiuitate, & caligine, & umbra mortis: sed per longè plures, donec uenit Dñs Iesus, qui eduxit nos de captiuitate: qui adueniens, dixit Catholicæ Ecclesiæ. Surge tibi Amica mea, Pulchra mea, & uade tibi: quia Hyems huius transit

transiit, Imber abiit, & recessit: hoc est, tempus caliginis tuæ, & umbræ mortis, in qua habitabas, abiit & recessit. Gemmæ Florū uisæ sunt in Terra, hoc est, Apostoli Christi, qui fuerunt ueræ Gēmæ Florū, & preciosissime Gemmæ, quæ tot, & tantos protulerūt Fructus, apparuerūt in Terra. Tempus Cantilenæ aduenit, hoc est, tempus, quo totus orbis terrarū Psalmos, & Hymnos unanimiter Deo canimus. Et uox Turturis audita est in Terra nostra, id est: Apostolorū: quia sicut Turtur suo cantu abcessum Hyemis, & ueris aduentum nūciat: sic & Apostoli abscessum tenebrarum, & umbræ mortis, & appropinquationē regni Cœlorū annūciauerunt. Et sicut Turtur pro cantu humilem Gemitū redit, sic & Apostoli, Eentes ibant, & flebāt mittentes semina sua; & (sicut Turtur) pudicitiae, & omnī virtutū amātissimi fuerūt. Ficus protulit Grossos suos, hoc est, Arbor infructuosa Gētiū iam īcepit dare fructū Deo. Et Vites Semadar, id est, cū uua acerba, dant odorem, hoc est, aduenit iam tempus, in quo non per animalia amplius, sed per Panem, & Vinum sacrificabitur Deo, in odorem suavitatis.

Columba mea in foraminibus בְּחַגְוָנָה תְּלַעֲבֵת הַמִּזְרָחָה Petræ, in abscessione gradus fac חַמְרָאָה חַרְאָנוֹי uidere me aspectū tuū: fac audiּתְּשִׁמְעוֹנִי מְרָאָה קְוִילָה שְׂרָבָה וְמַרְאָה נְאָזִיתָ : dulcis: & aspectus tuus decorus.

C O L V M B A mea in foraminibus Petræ, in cauerna Maceriæ, Ita in Latino, & in Græco fere. In Hebræo

bræo aut sic: Coluba mea in foraminibus Petræ, in abscessione gradus. Coluba mea in foraminibus Petræ: Mirū qđ uocās Spōsam Colubā, subdit in foraminibus Petræ. Quāobrē sciēdū q̄ secūdū doctores Hebræorū cōparatur hic gens Israelitica Colubæ in foraminibus Petræ, ex eo quia sicut interdū Coluba fugiēs à facie psequētis Accipitrīs, festinansq; abdere se in foraminibus Petræ, in ipso ingressu foraminis p maximū infunniū incidit in Colubrū. Et rursus retrocedens, recidit in Accipitrē. Sic accidit & Israeli. Cū fugiēs Israel à facie Pharaonis ex Aegypto, incidit in Mare rubrum ex uno latere, & in desertū, & Iustra ferarū ex alio: & referens pedē à Mari, & Iustris Ferarum, rursus recidit in manus Pharaonis. Vnde meritò his gens Israelitica appellatur Columba in foraminibus Petræ, & in cauerna maceriæ, siue, ut ī Hebræo, besether madrega, hoc est, in abscessione gradus. i. in latibulis, & foraminibus, q̄ solent remanere sub altis aggeribus, q̄ sūt pro muniendis ciuitatibus. In quibus solēt habitare & Colubę ipsæ, & etiā atrocissimi Serpētes. Ostēde mihi faciē tuā: sonet uox tua in auribus meis. Cū ita q̄tantis difficultibus esset circūeta gēs Israelitica: & penē pdita, dixit ad eā dñs. Noli timere, Ostēde mihi faciē tuā, hoc est, in his tuis tantis discriminibus, & angustijs, respice ad me, recurre ad me. Nam ad quē alius debes & respicere, & recurere nisi ad me? In Hebræo autē sic. Fac me uide re aspectum tuum, fac me audire uocem tuam. Et idem est sensus. Ostende mihi faciē tuā, hoc est, fac ut uideam ego

ego rectitudinem operationum tuarum. Sonet uox tua
in auribus meis, hoc est, Clama ad me de tribulatione,
quia te exaudiam. Ad hæc, quò facilius inducat Israe-
lem ad se respiciendum, & ad se clamandum de tribu-
latione, dans ei maximam fiduciā, & spem, infert dicēs:
Quia uox tua dulcis, s. mihi, cū clamas ad me de tuis ne-
cessitatibus. Et facies tua, qua me respicis, clamando ad
me, decora. Hæc eadem, quæ in figura acciderūt Patri-
bus nostris Hebræis, acciderunt postea & Filijs. Nam
sicut Patres liberati ex Aegypto, persequēte eos Pha-
raone, quærebant sese in secreto aliquo loco abdere, si-
cut Colūba querit sese abdere in foraminibus Petræ,
in sequente eā accipitre: Sic in Ecclesia Catholica Gen-
tiū liberata de Aegypto, dū persequente adhuc Pha-
raone, id est, antiquo Serpēte, querit sese recipere in fo-
ramina Petræ, id est, in Christi uulnera, quæ appellātur
à sacra Scriptura foramina Petræ: Iuxta illud Exodi
capite. 33, ubi sic legitur. Ecce inquit, est locus apud me,
& stabis supra Petrā. Cunq; transibit gloria mea, ponā
te in foramine Petræ, & protegam dextera mea, donec
transeam, & reliqua. Dum itaq; Catholica Ecclesia li-
berata de Aegypto, querit sese abdere in foramina Pe-
træ, i. in Christi uulnera: incidit ut Patres in Mare, &
Iustra Ferarū: & ut Colūba in Colubrū, sic & ipsa in
Principes & Tyrannos, qui acerbissima morte afficie-
bant eā. Ita ut in ea impleretur illud Propheticum. Fa-
cti sumus sicut Oves occisionis. Deinde liberata à Prin-
cipum & Tyrannorum persequitione, credens se in
foraminibus

foraminibus Petræ. i. Christi uulneribus quieturā, inci-
dit in Hæreticos, Arriū, Nestoriū, Sabelliū, Marchio-
nem, Manichæū, & alios quāplurimos, qui tot pugnis,
totq; psequutiōibus Ecclesiā Dei exagitauerūt; ut diffi-
cile sit diiudicare, à qbus crudeliores pugnas, & durio-
ra certamina, ac maiores clades accepérunt Ecclesia ab
infidelibus Principibus & Tyrannis, an ab Hæreticis
& Schismaticis, à quibus sicut & ab ipsis Principibus,
& Tyrannis eripuit eā Dominus, & q; semper eripiet
non ambigimus, & si ipsam his tēporibus, hinc à rege
Turcarum, atq; hinc ab Hæreticis Lutheranis, tot con-
spicimus obfessam, atq; circūuentam discriminibus, ut
quæ hactenus ab ipsis persequētibus Imperatoribus, &
ab ipsis impugnantibus Hæreticis, passa est certamina,
etsi maxima, nihilominus respectu eorū, quæ nunc im-
minent, & supra Caput eius impendent, illa, quæ olim
perpessa est, parui momenti, atq; pōderis, & iocus penè,
& ludus fuisse uideantur. Ad hæc mala & illud ei acce-
dit, quod Principes Christianorum, à quibus tot immi-
nentibus periculis, obuiam iri oporteret: adeo sese cōti-
nuis cladibus conficiunt: ut nō modo inimicos, qui Co-
lumbam in foraminibus Petri cōmorantē, armorū po-
tentia, & falcissimis opinionibus prorsus delere studēt,
atq; festināt, nō repulsuri uideātur, quinimo dum suis
intenti affectionibus, oculos à Columba, hinc ab Acci-
pitre, & hinc à Colubro circumuenta auertūt, ipsis ho-
stibus, atq; Hæreticis iter expeditissimū parēt. Quāob-
rem uidens Christus suam dilectam Romanā Ecclesiā,

i omniū

oīum Ecclesiarū Mūdi, ppter cathedrā Petri Principe, in tot discriminib⁹ positā, clamat ad eā dicens. Ostēde mihi faciē tuā, sonet. Vox tua in auribus meis, hoc est, Respice ad me clama ad me, de istis tuis necessitatibus, pete tibi auxiliū à me, à q̄ sicut ab oībus alijs malis, sic & nūc liberaberis in dilectiōe Petri. Pro q̄ oraui Patrē ne deficeret fides eius, q̄ sola pseuerabit usq; in finē. Et postea addēs ei animū ad recurrēdū ad se, adiūgit dicēs. Vox em̄ tua, qua clamas ad me de necessitatibus tuis, dulcis. Et facies tua, q̄ respicis ad me clamādo decora. Capite nobis Vulpes, Vulpes שׁעַרְאֵלִים שׁעַרְאֵלִים paruulas, demoliētes Vineas, שׁעַלְמִים קָטְנִים בְּתַבְלִים Et Vinea nostra, uuā acerbā. בְּרַמְנִים וּבְרַמְנִים סְמִיר : Dilectus meus mihi, & ego illi רֹרֶה לְוַעֲנִי-לְזֹרְעָה : qui pascit in Violis.

C A P I T E nobis Vulpes paruulas, quæ demoliuuntur Vineas : Sic in utraq; trāslatione. In Hebræo autem sic. Capite nobis Vulpes, Vulpes, paruulas, quæ demoluntur Vineas. Capite nobis Vulpes, &c, Haec uerba sunt Christi, qui populū suū Israeliticū, posteaq; Pharaonem, & Aegyptios submersit in Mari : hortatur ad prædā ipsorū Aegyptiorū. Quos per elegantem Metaphorā uocat Vulpes, tum quia post congressum eorum cū Israelfugerūt ut Vulpes, dicēte scriptura in persona eorū. Fugiamus Israel, tum quia ut Vulpes de moliebātur Vineas Domini Dei Sabaoth. Et aduertē dum in Hebræo haberī sic, Vulpes Vulpes paruulas, hoc est, magnas Vulpes, & paruulas Vulpes. Et p magnas

gnas Vulpes eos Aegyptios intelligit, qui per fraudem & per uim iniuriā, & mortē captiuis Hebræis infetebant. Per paruulas uerò eos, qui cū ui, ac potētia nō posset, ingenio, ac dolis cōtra eos nitebant. Habuerūt nāq; Patres Hebræi in Aegypto duo genera inimicorum. Vnū, qđ ui cōtra eos, & fraudibus præualebat, alterū uerò, qđ cū ui, & armis nō posset : ingenio tñ & astutia, ut Vulpes, eos lædebant. Quos quidē inimicos dere liquerūt patres & nobis filijs in hæreditatē. Sensit enim Catholica Ecclesia semp, sed his potissimū temporibus sentit haec duo genera inimicorū: qui ut Vulpes semper demoliti sunt, & nūc q̄ maximè demoliuunt Vineā Dñi Dei Sabaoth. Et magna quidē Vulpes, q̄ nūc demoluitur Ecclesiā sunt Reges Turcarū, qui etiā superiore anno demoliti sunt duas maximas, pulcherrimasq; Vineas, & Christianorū tutissima, ppugnacula, Belgradū, scilicet, & Rhodū, & quotidienō cessant demoliri Vineas, nō tñ ui, & armis : quātū dolis, & fraudibus more Vulpecularū. Paruulae aut uulpes, quas semp olim expta est Ecclesia, & nūc maximè experit, sunt hostes paruuli, qui nō ui atq; potētia, sed ingenio & dolis, ut paruæ Vulpeculæ agūt. Quales sunt nūc Vulpeculæ, quæ nuper ex foueis prosiluerunt in Germania Lutherani hæretici, qui non hoc aut illud, ut plæriq; omnes hæretici impugnat : sed totam Romanam Ecclesiam, eiusq; à sanctis patribus tradita dogmata labefactare student. Et quod horrendum dictu est, Petro & successoribus eius primatum in Catholica Ecclesia,

prorsus eripere nituntur. Quā obrem, quid obsecro facies
dum est, & magnis, & parvulis Vulpibus his demolientibus
Vineas Domini Dei Sabaoth, nisi quod dicit hic Do-
minus, capite nobis Vulpes, Vulpes. Propterea O Ca-
put Ecclesiae Catholicae Clemens septime. Pont. Max.
Sanctiss. O Romanorum Imperator Caesar Carolo Re-
ligiosiss. O Francorum Rex Franciscus Christianiss. Cæ-
teriq; Reges, & Principes, audite, audite obsecro, uo-
bis uobis dicit haec Christus Dominus, capite nobis Vulpes,
uulps, quae demolivit Vineas Domini Dei Sabaoth,
Capite inquam magnas Vulpes Turcas, & capite par-
uulas, Lutheranos Hæreticos. Et quod cunctamini O Prin-
cipes diuinis parere præceptis? An uos quod Leones estis,
& synceram, puraque Petri, principis Apostolorum (su-
pra quem fundata est Ecclesia) fidem gestatis in pecto-
re, Timetis tales inimicos inuidere, quos, uobis animum
addens, hic Christus Vulpes appellat? Vere enim Vul-
pes sunt aduersarij, inimicique Ecclesiae, qui uobis ui-
ribus impares, non potentia, & armorum uirtute oppu-
gnant eam, sed meritis uulpecularum fraudibus. Quare
uos, uos Principes per aspersionem sanguinis Iesu Christi
appello, uos in nomine eius obsecro, reconciliamini,
Pacem habete inter uos, & surgite, capite Vulpes istas.
Alioqui si neglexeritis, si Christo Domino obuestras
importunissimas dissensiones parere non curaueritis: sci-
tote quod pro omnibus his adducet uos Deus in seuerissi-
mum iudicium. Sed de his hactenus, redeamus nunc, unde
digressi sumus. Nam Vineae nostra floruit. Ita in utraque
translatione,

translatione. In Hebreo autem sic, & Vineæ nostræ Se-
madar, hoc est, uua acerbæ, s. incipiunt producere. Et Vi-
neæ nostræ Semadar, hoc est, & Vineæ nostræ inci-
piunt florescere, & reddere magnos fructus. Dilectus
meus mihi, & ego illi qui pascitur inter Lilia: Ita in
utraq; translatione. In Hebreo autem, qui pascit in Vi-
olis. Dilectus meus mihi, quia scilicet sacrificium laudis, quod
uult ab hominibus, non recipit nisi a me: Et ego illi, quia
in omnibus necessitatibus meis, non nisi ad ipsum confu-
gio, & non ad Deos alienos. Qui pascit in Violis, hoc est,
qui non pascit nisi in Violis. Ethoc propter odorem sua
uissimum uiolarum. i. sanctissimarum Animarum. Quarum odor
est, ut Violarum, quo Christus mirum in modum capitur.
וְשִׁפְרָה חַנְןָה וְנֵצֶר
חַלְלָה טָבָה רַקְמָה-לְבָבָה
זְוִילָה לְצָבֵב אֲזֵלָעַפְרָה
חַאֲלָלָם עַל חַרְבָּה בְּתָרָה:
DON EC aspiret dies, & inclinentur umbræ: Ita in
Latino; in Graeco autem sic. ἔως ἡμέραν πάπινην ήμέραν
κύριον στρατηγόν τοι, hoc est, usquequod aspirauerit dies, &
moueatur umbræ. In Hebreo autem sic, usquequod spi-
ret dies & fugiant umbræ. Cum dixisset supra Sponsa,
dilectus meus mihi, & ego illi. Nunc quasi per correctio-
nem, & definitionem eorum uerborum subiungit: Vscquequod
spiret dies, & fugiant umbræ, hoc est, eris mihi dilectus.
Vscquequod dies i. Sol, (Capit enim scriptura sape die
pro Sole) incalescat, & fortiter spiret super me, & suo for-
tiori spiramine, & calore efficiat me nigram, hoc est, ui-
i iii duam,

duam,& sine te Sponso : Per fortiter enim spirantem,
& incandescentem Solem,intelligit æstum concupiscentiae. Et per nigredinem inductam à Sole,ipsius peccati maculam,atqz sordem,Sponsicp priuationem.Consueverunt enim Sponsæ ,cum suis charissimis priuantur Sponsis,nigris uestibus indui. Et per hæc apertè designat peccatum idololatriæ ,quod peccauit in deserto adorans Vitulum. Et fugiāt umbræ. Ex eo enim quod dixit Diem,id est, Solem fortius spirasse , intelligitur ascendisse iam in altum. Et sic sua præsentia , fugasse umbras : quæ prius erant super terram. Et metaphorice intelligendum de umbris alarū Christi,quibus ante peccatum protegebatur Sponsa. Vsczquò spiret dies, & fugiāt umbræ,ergo eris mihi dilectus subaudiendū : exinde uerò nō dilectus,sed potius à me derelictus. Reuertere,similis esto dilecte mi Capreæ,Hinnuloqz Ceruorum,super Montes Bathel. Ira in utracqz translatione: In Hebræo autem sic : Auertēdo assimilauit te dilecte mi Capreæ,uel Hinnulo Ceruorum, supra Montes incisionis. Sensus est : Tunc cum spirauerit Dies, & fumerint umbræ,tu grauiter ferens meam præuaricationem ,& ingratitudinem, auertendo oculos tuos à me, assimilauit te aliquis (subaudi) Capreæ uel Hinnulo Ceruorum in currendo, & fugiendo à me. Et fugiens à me concessisti ad Montes Bathel,id est,incisionis, & separationis,hoc est, ad Montes æternos , dicens mihi illud,non ascendam in medio tui :quia Populus duræ ceruicis tu. Exodi.33,capite.

Capitulum

CAPITVLVM TERTIVM.

Supra lectum meū in noctibus quæsiui quē diligit aīa mea;qñ ui ipm & nō inueni ipsum. Surgā nūc,& circuibo in ciuitate, in uicis,& in plateis. Quæram quem diligit aīa mea,quæsiui ipsum, & nō inueni ipsum : Inuenerūt me custodes circueuntes ī ciuitate,quē diligit anima mea uidistis & sicut paululū,cū p̄trāsissem ab eis,usqzquò inueni,quē diligit aīa mea. Prehendam ipsum, & nō lētescā super ipsum,usqz introducā eā ad dominum matris meæ, & ad cubiculum genitricis meæ. אל-בַּתָּא אֶפְרַיִם צָלָל חֲנֹקִים :

IN L E C T V L O. meo per noctem quæsiui quem diligit anima mea. Quæsiui illum , & non inueni : Sic in utracqz translatione. In Hebræo autem sic : Supra lectum meum in noctibus quæsiui quem diligit anima mea. Quæsiui ipsum, & non inueni ipsum. Posteaqz indignatus Spōsus ob adorationē Vituli, secessit à populo suo,dimisitqz illū per triginta & octo annos in deserto, dicens, Nō ego in medio uestrum. Inquit Sponsa. In lecto meo per noctē quæsiui quē diligit aīa mea, hoc est, in maximis meis tribulatiōibus triginta & octo annorū in deserto. Per lectū enim in quo maximè consyderant

res

res, intelligit tribulationes quas passa est in deserto. Quæsiui ipsum, & non inueni, Surgam, & circuibo ciuitatem per uicos, & plateas. Quæram quæ diligit anima mea. Quæsiui illū, & non inueni; & similiter in Hebræo. Et sensus est. Cum supra lectū meum cogitassem meas tribulationes, cogitauī, & dixi, subaudiendū: Surgam de lectulo meo, & circuibo ciuitatē in uicis, & in plateis. Quæram quæ diligit anima mea. Et postea subdit. Quæsiui ipsum, & non inueni ipsum. Inuenerūt me uigiles, qui custodiunt ciuitatē: Sic in Latino, In Græco autē, & in Hebræo sic, Inuenerunt me custodes, qui circueunt ciuitatē, hoc est, Mose & Aaron, q̄ erāt custodes populi. In ciuitate, hoc est, in castris deserti, q̄ cū inuenissent me, siceos interrogauī. Quem diligit anima mea uidistis? Et si uidistis quid dixit uobis? Paululum cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea, hoc est, paulò post quā mortui sunt Mose, & Aaron, quod fuit biennium post, in fine quadraginta annorum in deserto: Inueni quem diligit anima mea, quia mortuo Mose, & Aaron, Completisq; quadraginta annis in deserto, inueni quem diligit anima mea, quia reuersus est ad me tempore Iosue, quando cum eius adiutorio debellauī unum & triginta Reges: Tenui eum: nec dimittam. Ita in utraq; translatione. In Hebræo autem sic: Prehendi eum, nec lentescam super eum, usq; introducam illum in domum matris meæ, hoc est, in tabernaculum in Silo, & hoc pro omnibus, quæ retribuit mihi.

Adiuro

אָתָּה שְׁבַעֲתִי בְּנֵוֹת יְרוּשָׁלָם כִּצְבָּאֹת אֶרְאָב בְּאַיּוֹלָה קְשֻׁרָה אֶמְ-פְּעָרוֹת וְאֶמְ-חַעֲרָנוֹת אֶת-הַחֲתָקָה שְׁשָׁבְעָתָה

AD I V R O uos Filiae Hierusalem p Capreas Ceruosq; camporū, & reliqua. Sic in utraq; translatio ne. In Hebræo aut sic: Adiuro uos Filiae Hierusalem in capreis, uel in Ceruabus cāpi, si suscitetis, & excitetis ipsam dilectā. Mirè, ac terribiliter repetit hic suā adiuationē Sponsus, quā rursus facit filiabus Hierusalem, hoc est, oībus hominibus, oppidis, & ciuitatibus filiorū Israel, quæ erant sub magno Sacerdote ipsius Hierusalem Metropolis omniū ciuitatū Israel: quā quidē adiuationē sicut in figura in ueteri Hierusalem, sic nūc & in facto facit oībus Ecclesiis Mundi, quæ sunt sub maximo Sacerdote, & Pōtifice nouæ Hierusalē urbis Romæ Metropolis omniū Ecclesiarū Mūdi: Adiuro uos Filiae Hierusalem, in Capreis uel in Ceruabus cāpi, hoc est, imprecor uobis sœuissimā mortē Caprearū, & Ceruarū campi: quæ cū pateat omnibus in uenationē, & in prædam circuētæ à Venatoribus, morte acerbissima afficiuntur, si suscitetis & excitetis, hoc est, Si calūniatæ fueritis dilectā meā Sponsam nouā Hierusalē Romanā Ecclesiam, quo usq; uoluerit mihi obsequi, scilicet, Quæ terribilis adiuratio, & imprecatio uenit, (ut diximus) tē pore ueteris Hierusalem supra decē tribus. Quæ cū per idolatriam Vitulorum, tē pore Regis Roboam k defecissent

defecissent ab obedientia, & unione Metropolis Ecclesiae Hierusalem, datæ sunt à Domino in manus Regis Assyriorum tanq Capreæ, & Ceruæ campi in prædā, mortem, & captiuitatem sempiternā. Et similiter eadē terribilis adiuratio & tempore nouæ Hierusalē incidit supra Græcos : qui dum per nouā adinuentā sceleratissimam eorū hæresim, collum ab obedientia nouæ Hierusalem Romanæ Ecclesiæ excutere quærūt : tanq Capreæ, Ceruæq campi, dati sunt & ipsi in manus Regis Turcarum, in prædam, mortem, & captiuitatē à septuaginta annis citra, & usq in præsentem diem.

Quæ est ista quæ ascendit de deserto, sicut palme fumi, sive fumigata Myrrha, & Thure, ex oī puluere aromatarij.

מִזְבֵּחַ שְׁלָמִים מִזְבֵּחַ שְׁלָמִים
פְּתִימָנָה עֲשֹׂן מִקְרָנוֹת
מֶרֶב וְלִבְנָה מְלָאָקִים אַבְקָתָה
רוּבָל

QUAE EST ista quæ ascendit per desertū sicut uirgula fumi ex aromatibus Myrrhæ, & Thuris, & uniuersi pulueris Pigmentarij? Ita in utrāq trāstatione fere: In Hebræo autē sic. Quæ est ista quæ ascendit de deserto sicut Palmæ fumi, suffumigata Myrrha & Thure, ex omni puluere Aromatarij? Quæ est ista quæ ascendit de Deserto, & cætera. Hæc uerba ab ipsa Sponsa in persona Gentium de se dicta sunt. Gentes enim finitimæ, & accolæ deserti, p qd' ambulauit gens Israelitica, per quadraginta annos uidentes, quod eandē Israeliticam gentem, diuinitus præcederet nubes per diem, & ignis

& ignis per noctem, & quod fumus ignis, qui oriebatur à duobus lateribus Arcæ fœderis ascenderet in altum, stupescentes ob tantam gloriam per admiracionem dicebant. Quæ est ista quæ ascendit de Deserto sicut uirgula fumi? In Hebræo, sicut Themeroth, id est, palmæ fumi, hoc est, excelsa, & illustris sicut fumus eleuatus in altum, in similitudinem, & formam palmarum: quæ sunt arbores rectæ, & in altum eleuatae. Suffumigata Myrrha & Thure. Dixerunt hic ueteres Hebræorum Doctores per Myrrham intelligi patrem nostrum Abraam, cuius odore perfusa gens Israelitica, redolebat Myrrham. Quemadmodū enim Myrrha Princeps, & Caput est omnī aromatum, Sic Abraam pater noster Princeps, & caput fuit omnium iustorum, & amicorum Dei. Et sicut Myrrha efficit amaras Manus omnium, qui colligunt, & tractant eā: Sic & pater noster Abraam amaricabat seipsum in uitia sua, mortificans membra suas super Terram. Item sicut Myrrha non dat odorem nisi per ignem, sic pater noster Abraam non dedit odorem suorum bonorum operum, nisi per ignem, posteaq projectus in fornacem ignis ardantis in Vr Chaldæorum illæsus euasit. Suffumigata Myrrha, & Thure. Thus inquiunt ijdem Doctores, quo suffumigata fuit gens Israelitica, fuit pater noster Isaac. Qui oblatus est cū pugillo Thuris supra dorsum altaris. Qui & figura fuit ueri illius semp̄ come moradi sacrificij Christi Messiae. Cuius loco non Aries occisus, aut pugillus thuris cōcrematus fuit, sicut p p̄e

k ii nostro

nostro Isaac, sed ipse met uoluntariè immolatus pro peccatis totius Mudi, odorem dedit supra omne Thus, & oia aromata. Suffumigata Myrrha, & Thure ex omni puluere Aromatarij. Ex omni puluere, scilicet, aromatū Aromatarij, q̄ tenere consueuit Aromatarius. Ex omni puluere Aromatarij: hic inquit fuit pater noster Jacob: Vnde Rab. Ten huma dixit, Sicut in officina Aromatarij cōperiūtur omnia genera aromatū, sic & oēs dignitates, & maximæ inter mortales, & primæ res in domo Jacob. Ex domo Jacob enim processit Sacerdotium, & omnis ordo Leuitarū. Ex domo Jacob sanctitas, & cognitio rerum diuinarū, ex domo Jacob regnum, & imperium. Rabbi autem Azaria inquit. Omnia bona, quæ fecit Israel, fecit merito illius pulueris pedū patris nostri Jacob. De quo Genes eos cap. 32. sic scriptum est: Et ecce uir luctabatur cū eo usq; mane. Sic in Latino, In Hebraeo aut ad literā sic. Et ecce puluerizabatur Vir secū, usq; ascēderet Aurora. Vnde Latinus interpres sensum, & non proprium uerbum uertit, uertēdo, Luctabatur pro puluerizabatur. Qui enim luctatur puluerē excitat pedibus. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, &c. Hæc uerba dicta sunt (ut proposuimus) à gentibus accolis deserti, pro excellentia, & maxima gloria gentis Israeliticæ in deserto. Quæ uerba uersa uice dixit postea de ipsis gentibus, & ipsa gens Israelitica. Videntes enim Iudei cōuerti (ut inquit Glossa) & recipi Gentes in fidem Christi, nō ex inuidia, sed quasi admirantes, & de societate fratum simul gaudentes, inquirunt,

runt, si salus sit promissa Gentibus, quod multum fuerat dubium.

Ecce lectus Selomonis sexaginta fortis in circuitu eius de fortibus Israel. Oēs ipsi apprehensi gladio, docti bello. Vir ensis sup femur suū, ex timore in noctibus.

Ecce Lectus Selomonis sexaginta fortis, & reliqua. Posteaq; egit scriptura de excellentia, & gloria gentis Israeliticæ, quæ egressa de Aegypto per quadraginta annos morata est in deserto, anteq; perueniret ad terrā promissam Patribus, ad quā tendebat, dixitq; finitimas gentes accolas Deserti, per stuporem gloriae eiusdem gentis dixisse, quæ est ista ascendens de deserto, &c. Nunc pergit ad maiorem laudem, & gloriam eiusdem populi Dei scribere, quonam pacto & tabernaculum ipsius Selomonis, id est, Regis æterni, (ut proposuimus in principio libri) circundatū multis millibus armatorum, incedebat intra eandem Israeliticā gentem, dicēs. En lectulum Salomonis sexaginta fortis ambiūt ex fortissimis Israel. Ita in utraq; translatione. In Hebreo autem sic: Ecce lectus Selomonis, sexaginta fortis in circuitu eius de fortibus Israel: Ecce lectus Selomonis, hoc est, ecce & intra eandem gentem Israeliticā lectus, id est, tabernaculum Selomonis: in quo tanq; in lecto quiescebat Rex Selomo, rex æternus. Sexaginta fortis in circuitu eius, numerus determinatus pro inde-

k iii terminato

חַזְקָה מִשְׁׁחָה שְׁלֹשֶׁלֶת
שְׁשִׁים אֲפֻרִים סְכִיבָה לְהָ
מַגְבּוּן יִשְׂרָאֵל בְּלָסָאָתָן
תְּרֵבָה מִלְּפָנָיו מִלְּחָמָה אֲשֶׁר
מְלָכָבָד עַל־יְהוָה מִזְחָר
בְּלִילּוֹת :

terminato, hoc est, sexages decem millia fortium, quæ sunt sexcenta millia uirorum fortium, quæ egressa sunt de Aegypto in circuitu eius, iuxta tabernaculum, in quo erat Archa foederis, in qua habitabat Deus, ad designandum nobis habitaturum fuisse Deum in Arcu uirginali, unde humanam carnem pro nostra salute assumptus erat. De omnibus fortibus Israel: Et erant, inquit, sexaginta fortes, hoc est, sexages decem millia uirorum fortium, qui circuibant lectum, id est, tabernaculum Selomonis de omnibus fortibus Israel. Hoc dicit ad excludendum rem quam turbam, ut puerorum, & senum, qui inepti erant ad bellum: Omnes tenentes Gladios, & ad bella doctissimi: Vniuersi Ens super femur suum propter timores nocturnos. Ita in Graeco, & in Latino, In Hebreo autem sic: Omnes ipsi appræhensi Ense, docti bello, uir Ens super femur suum ex timore in noctibus. Oes ipsi appræhensi Gladio. Modus loquendi Hebraicus, pro eo quod uolebat dicere, gladij appræhensi in omnibus ipsis. Latinus autem interpres more suo non characterem dicendi Hebraicum, sed sensum tam uertit sic: Omnes tenentes Gladium, Docti bello, i.e. uiri exercitati in bello, uir Ens super femur suum ex timore, scilicet inimicorum, in noctibus, quando maiore custodia opus est. Hæc ad literam, secundum mysticum aut sensum exponendum in hunc modum. Ecce lectus Selomonis, id est, tabernaculum, quod hodie Ecclesiam appellamus, Selomonis, hoc est, Christi Messiae, Sexaginta fortis, numerus determinatus pro indeterminato, hoc est, multa millia sanctorum,

ctorum. De fortibus Israel, hoc est, exceptis alijs minus sanctis: Omnes ipsi tenentes gladium, hoc est, armati spiritalibus armis, oratione, & meditatione sanctorum Scripturarum. Docti bello ad bellandum aduersus Principes, & Rectores tenebrarum harum, uel docti bello, hoc est, qui saepissime tentationes, & saeuissima inimicorum bella experti sunt. Vir ensis suus super femur suum, hoc est, Quisque paratus, & accinctus armis ad prælendum, propter timores nocturnos, siue, ut in Hebreo, ex timore in noctibus, hoc est, propter timores Principum noctium, id est, tenebrarum harum, qui insidiatur omni accedenti ad seruitutem Dei: Iuxta illud, Filius accedens ad seruitutem dei, sta in timore, & præpara animam tuam ad temptationem.

Thalamum fecit sibi rex Selo
mo de arboribus Libani. Co
lumnas eius fecit argenti. Stra
tum eius auri, ascensum eius pur
puræ, mediū eius cōstratum
charitate de filiis hierusalē.
אֲפַרְיוֹן שָׁשָׁה לוּ חֶמְלָה
שְׁלֵמוֹת מִצְבָּה תְּלֵבָהוּ :
שְׁמֻנוֹרָה שָׁשָׁה כְּכַת רְפִינָהוּ
נָחָב מִרְבְּכָה אַרְגָּמָן תּוּבָה
רְצִיוֹת אַתְּבָה מִקְנָה יְרוּם
רְזִישָׁלָם :

FERCVM fecit sibi Rex Salomo de lignis Libani. Ita in Latino, & in Graeco. In quo habet φορεῖον, à ferendo dictum, quod Latinus uertit ferculum. In Hebreo autem habetur appirion, quod Latine significat thalamum. Et totum in Hebreo sic. Thalamum fecit sibi Rex Salomo de arboribus Libani. Est autem Thalamus coniugis utriuscunque cubiculum. Quod fuit tabernaculum illud, quod fecit Mose in Deserto Selomonis Regi aeterno,

æterno. In quo erat Arca foederis: in qua habitabat (ut diximus) gloria Domini, & ex ea loquebatur cum Mo se. Vnde Rabbi Iuda ad declarationem prædictorum, recitat parabolam quādam cuiusdam Regis, dicēs, fuis se quēdam Regem, qui cūm paruulam haberet Filiam, permittebat eam, anteq; adolesceret, stare in plateis, & publicis locis, loquebaturq; ad eam palam ubicunq;, & in omni loco. Postea uero q; adoleuit filia, uenitq; ad annos integros, Dixit Rex, Non est honor Filiæ meæ in hac ætate ut loquar, & conueniam cum ea in publico loco. Propterea, inquit Rex, facite Filiæ meæ papilionem siue tentorium, ut loquar, & conueniam cum ea in medio papilionis. Hæc est Parabola, quā postea idē Rabbi edifferens, dicebat, Regem istum, qui habebat filiam, fuisse Regem æternum, qui habebat gentem Israeliticā. Filiam, apud quā in principio cū adhuc paruula esset, apparebat palam, teste Scriptura in Cantico Mosæ, qñ pueri Israel in Marī uidētes Regem Selomonem, ostendebat eum digitis eorum, dicētes. Iste Deus meus: glorificabo eum, & in Monte Sinai uiderunt ipsum facie ad faciē. Vnde Scriptura Exodi. 19. ait, In die eīm tertio descendet Dominus coram omni plebe super Mōtem Sinai. Cæterū posteaq; recepit Israel Legem Dei, dicēs, omnia quæ loquutus est Dominus, audiēmus, & faciemus: Exinde, quia parua Puella facta est adulta, & perfecta. Dixit Rex: Non est honor Filiæ meæ, ut loquar, & conueniam cum ea palam: Propterea faciant mihi tabernaculum, ut cūm necesse fuerit loqui cum populo meo

meo, loquar in medio tabernaculi. Et de hoc tabernaculo intelligit scriptura nunc dicens. Thalamum fecit sibi Rex Selomo, &c. Pro quo uterq; Interpres satis impro priè uertit, Ferculū fecit sibi Rex Selo. Et uoluit Deus loqui cū Israel in tabernaculo intus ab arca, ad designandum, q; ingressurus erat in uirginale arcā: & ex ea humanam carnē assumpturus. Ex qua postea tanq; ex arca tabernaculi loquuturus erat cū populo suo. Colūnas eius fecit argenteas: Reclinatoriū aureū: Ascēsum purpureum: media charitate constrauit, ppter filias Hierusalem. Sic in Græco, & in Latino ferme. In Hebræo autem sic: Colūnas eius fecit argēti, Stratū eius auri, Ascēsum eius purpuræ: intrinsecam eius partē cōstratā charitate de filiabus Hierusalem. Colūnas eius fecit argenti, iuxta illud Exodi cap. 27. ubi sic habetur. Colūnæ uiginti, & bases Aeneæ eiusdem numeri, & capita earū cum cælaturis suis argētea: Reclinatoriū aureū: in Hebræo, stratum eius auri: Et intelligit per hoc operculū Arcæ foederis, quod Hebraice dicitur capporeth, Latine propiciatoriū: qd' erat de auro mundissimo. Et super ipsum duo Cherubin, unus hinc, & alter hinc, qui alis suis amplectebantur ipsum. Et ex hoc loco, ex medio ipsorum Cherubin loquebatur Dñs ad Mose, Sicut legitur Exo. ca. 25. Hoc est ergo qd' dicit hic, Stratū eius ex auro, Ascēsum eius purpuræ, Ascēsum eius. s. tabernaculi purpuræ. Iuxta illud Exodi cap. 20. Tabernaculum uero ita facies, decē Cortinas de byssō retorta, & hyacinthro, ac purpura, coocoq; bis tincto. Media chari-

tate constrauit propter filias Hierusalem, Ita in Latino,
In Græco autē sic : ἐντὸς αὐτοῦ λιθόστρωπη διγάπηρη ἀπὸ θυγατέρων
τερουσαλήμ, hoc est, Intra ipsum lapidibus stratā charitatē
à filiabus Hierusalem : In Hebræo autē sic, tocho razuph ahaba, hoc est, intrinsecā partē eius, s. Thalami cōstratā Charitate à filiabus Hierusalem. Vel sic, intrinsecam eius partē accensam charitate à filiabus Hierusalem. Verbum enim razuph, utroq; modo potest exposi-
ni teste Rabbi Dauid in libro de radicib; uerborum.
Et intrinsecā partē eius Thalami, s. cōstratā uel accen-
sam charitate de filiabus Hierusalē, hoc est, id qd' erat
interius paumentū, erat confratū nō lapidibus precio-
sis, aut margaritis, sed (qd' magis placebat) erat cōstra-
tum siue accēsum Charitate, & amore ex filiabus Hie-
rusalem. Ex quibus apertissimè liquet Regem Selomo-
nem, Deū æternū uoluisse habere Thalamū, seu papilio
nē intra p̄es nr̄os Hebræos, cōstratū, & paumentatū
charitate & dilectione ex filiabus Hierusalem, ad signi-
ficandum (ut inquit Rabbi Selomo) q; filiæ Hierusalē
homines & ciuitates decem tribuū deberēt diligere, &
seruare unitatē cū matre sua Hierusalē. Et hoc erat cu-
biculū, & Thalamus, in quo requiescebat Rex Selomo:
unitas uidelicet, pax, charitas, amor, & amicitia, Quæ
erat inter matrē, & filias, inter Hierusalē Metropolim,
& matrē, & cæteras ciuitates populi Israelitici, obediē-
tes ipsi Hierusalē, ut matri filiæ. Vnde quuscq; filiæ Hie-
rusalē seruauerūt hāc charitatē, & dilectionē erga ma-
trem, gratissimæ dilectissimæc̄p; fuerūt Selomonis Regi
sempiterno

sempiterno: Postea uero q; hāc dilectionē cōuerterūt in
odiū, deficiētesc̄p; à m̄re p idololatriā, dissipauerūt pau-
mētū cubiculi; iratus Rex Selomo Deus sempiternus,
cōseruata m̄re Hierusalē, tradidit filias in manus Regis
Assyriorū tanq; Capreas, Ceruasq; cāpi in prædā, occi-
sionē, & captiuitatē sempiternā. Et si r̄ in noua Hieru-
salē : quiscq; Græci obediētes fuerūt catholicæ Romanæ
Ecclesiæ, & orthodoxi, nihil malū accidit eis, sed postq; p
eorū h̄eresim à sua m̄renoua Hierusalē Romana Eccle-
sia defecerūt, mox dati sunt (ut diximus) & ipsi i manus
Turcarū, tanq; Capræ, & Ceruæ cāpi i occisionē, præ-
dam, & captiuitatē usq; in præsentē diē: tātopere sem-
per displicuit Regi Selomonis Christo proteruitas, ino-
bedientia, dissidiū, atq; discordia in Ecclesia sua, & sepa-
ratio mēbrorū à capite, utraq; s. Hierusalē: Et nūc, prō
nephias, & plæriq; Germanorum ignorātes Scripturas,
non timent se separare à matre sua Hierusalē, & relin-
quere Petru Principem Apostolorū, & totius catholicæ
Ecclesiæ, & successores eius Romanos Pōtifices, &
adhærere recentissimis Lutheranis Hæreticis, Sed hāc
hactenus. Pergamus nunc ad reliqua.

אַתֶּנֶת וְרֹאִיֶּת בְּנֹת צִיּוֹן כְּבוֹדָה שְׁלֹמֹה
צִיּוֹן כְּבוֹדָה שְׁלֹמֹה
כְּעִטָּה שְׁעִטָּה לְזָהָב
בְּיוֹם חֲנֻכָּה וּבֵיקָם שְׁמָךְ
שְׁמָחָה לְבָבָךְ

EGR E D I M I N I, & uidete filiæ Sion in Rege Selo-
mone in Corona, qua coronauit ipsum mater sua.

Ita in omnibus tribus linguis ferme. Posteaq; Scriptura expressit maximū Selomonis Regis æterni in Puellam Sponsam, & sororem suā amorē, & multa bona quæ ei præstítit, nūc pergit in persona Spōsæ exprimere quomodo Rex Selomo Christus humanā carnē ex uirginali utero erat assumpturus. Vnde Spōsa Christū Messiā filium Dei unigenitum tūc futurū hominem quasi præ oculis habens, inuitat filias suas ad uidendū ipsum, quia speciosus forma præ filiis hominū dicens. Egredimini, & uidete Filiæ Sion in Rege Selomone in corona, qua coronauit ipsum mater sua, in die despōsationis suæ, in die læticiae cordis sui. Sensus hic est: Egredimini filiæ Sion, scilicet de ciuitatibus uestris, & uenite, & uidete Regem Selomonē Christū in Corona, qua corona uit ipsum mater sua, hoc est, in qua pulcherrima, innocentissimaq; humanitate honestauit & ornauit eū mater sua. Quæ ex quo Virgo est, nō detur pauit eū (sicut aliæ matres) labe originalis peccati: unde quā elegantissimè purissimā Christi carnē, q; donatus est à sola matre sua semp Virgine beatissima Maria, appellat Scriptura hic Coronā: qm̄ ex ea candidissima tanq; preciosissima, fulgentissimāq; Corona est coronatus, & homo factus. Et postea designans huius altissimi fœlicissimiq; mysterij tempus, subiungit, dicens. In die despōsationis suæ, scilicet matris eiusdem Selomonis Christi Messiæ cum summo Deo patre per Angelicam annunciationē factæ: In die læticiae cordis sui, hoc est, in die eiusdēsuæ despōsationis, in quo læticia magna fuit cordi suo. Hic est

est uerus, & catholicus sensus prædictorum uerborum. Nunc operæ premium est tāta in re (ut catholica ueritas magis elucescat) subiectere & expositionē doctorū Hebræorū, qui in eorū cōmentarijs, per Coronā, qua coro natus est Selomo Rex æternus Christus Iesus, dicūt intelligi Tabernaculum, quod accepta lege in monte Sinai fecerunt Patres Hebræi in Deserto eidem Selomo ni Regi æterno, in Coronā, & in signū Regni, quod ipsi ei tradiderūt, acceptantes legem eius & accipientes eū in Regē suū, quæ expositio ualde arridet eis. Cæterum illud nimirum admirabile torquet eosdē doctores Hebræos: Quare Scriptura expressimè signatissimeq; hic dat matrē Selomoni Regi æterno, dicens: In Corona, qua coronauit ipsum mater sua. Quæ res efficit ipsos Doctores Hebræorū stupidos, & penè insanos. Vnde et si mos eorū est, semper aliās exponere sacrā Scripturam iuxta literalem sensum, coguntur tamen hic, relīcto uero literali sensu, cōuerti ad fabulam quandā, per quam seipso decipientes, tam apertū, clarūq; de diuini uerbi incarnationē mysteriū, quā infantissimè exponūt: quā quidē fabulā, siue (ut ipsi dicunt) parabolam recitat Rabbi Selomo in suis cōmētarijs dicens: Rabbi Simeonem interrogasse Rabbi Eleazarū de hac re, & dixisse Quomodo possibile, te nō audisse à P̄te tuo, quomodo intelligendū illud in Corona, qua coronauit ipsum mater sua? Ad qd̄ respōdens Rabbi Eleazarus, Annūes se audisse. Incepit pro intelligentia horum uerborū recitare parabolā cuiusdam Regis, cui erat unica filia: quā

1 iij Rex

Rex diligebat maximè: Et si filia non pariter redama
ret patrem: qd' cū Regem ipsum nō lateret, cœpit ad
conciliandum sibi animū filiæ, ipse Rex in omni suo ser-
mone uocare eam filiam, dicens illud: Audi filia, & uide
& cū neq; sic Rex aliquid p̄ficeret, alia aggressus uia,
cœpit uocare ipsam fororē, dicens illud: Aperi mihi fo-
ror mea, & reliqua: Et cùm etiā sic obaudiret ipsum fi-
lia, cœpit rursus Rex uocare eā matrē. Juxta illud Isaïe
cap. 50. Audite me populus meus, & mater mea, ad me
auribus percipite. Tūc surrexit Rabbi Simeon, & oscu-
latus est ipsum in capite. Hæc est parabola, quæ omni-
bus Hebræis est in ore pro intelligētia dictorū uerbo-
rum. Quæ inepta est, & falsa, & iniqua. Nam etsi uerū
est, (ut ipse dicit) congregationē Israeliticā in Scriptura
uocari à deo filiā, & fororē, & etiā Spōsam qd' ipse ma-
liciosè prætermisit, nunq; tñ uocat matrē, ut dictus Do-
ctor suo mēdacio cōfinxit: In Isaia enim, quē allegat, ni-
hil tale legīt, sed in eo uerba quæ idē Doctor citat ha-
bentur sicut in Latina trāslatione, sic, Attendite ad me
populus meus & tribus mea audite, siue auribus perci-
pite. Et sic legunt paſſim oēs Hebræi, præterq; prædi-
ctus Doctor, qui pquā peruersē & rīdiculē distorquet
Hebraicam Isaiae dictionē ulummi. i. & tribus siue na-
tio mea ad aliā cōsimilē dictionē, dicens, nō legas ulūmī,
id est, & natio mea siue populus meus: sed ulimmi. i. &
mater mea. Et sic pquā argutē & callidē astruit Deum
ipsum uocare p blandimentū cōgregationē Israeliticā,
& matrē: qd' nusq; reperitur in sacra Scriptura: quæ
etsi

etsi dat eidē Selomoni Regi æterno matrē, hīc ex gente
Israelitica, & similiter Isaiae cap. 7. cū dicit: Ecce uir-
go cōcipiet & pariet filiū, & uocabitur nomē eius Ena-
nuel, i. nobiscū Deus: nunq; tñ introducit ipsum Regē
æternū Selomonē, appellare gentē Israeliticā matrem,
sicut appellat eā filiā, fororē, & Sponsam s̄epissimē: qd'
seriò ac studiosē (sicut & alia oīa) dicit, & nō per blan-
dimētū, ut ipse falso asserit. Quare nō possint tergiuer-
sari Hebræi in Scriptura ista, quæ dicit hīc: Egredi-
mini filiæ Sion & uidete in Rege Selomone in Coro-
na qua coronauit ipsum mater sua, necesse est eos fate-
ri, sicut nos Christiani fatemur & credimus, Regē æter-
num Selomonē induisse sibi humanā carnē, quā accepit
à sola matre semp uirgine Maria: & ea tanq; fulgen-
tissima Corona coronatum. Quā quidem pulcherrimā
dilectamq; Coronam non dubitauit postea in acerbissi-
mam passionem & mortē exponere, eamq; in suauissi-
mum pro peccatis totius Mundi sacrificium tradere,
sicut ipsemē dicturus est in sequentibus.

CAPITVLVM QVARTVM.

אַתָּה נְפָתֵח וְשִׁלְחוֹת הַנֶּגֶד וְנֶחֱדָח
עַפְנֵר וְנוֹזֵם מִבְשָׂר לְמִזְבְּחָה
שְׁעִיר בְּקֻרְבָּן קָדְשִׁים שְׁנִי : שְׁנִי
שְׁגָלְשִׁי מִתְחָר גָּלְשִׁי : שְׁנִי
שְׁנִיה בְּקֻרְבָּן קָדְשִׁים שְׁנִי : שְׁנִי
שְׁעִילָּי מִזְבְּחָה שְׁבָלָס
q ascēderūt de lauacro: Quæ אֲזִזָּה וְשְׁבָלָס
oēs pariētes gemellos, & orbata nō in eis.

בְּחָמָס : Quām

QVAM Pulchra es Amica mea, q̄ pulchra es: oculi tuicolumbarum absq; eo qd' intrinsecus latet. Ita in Latino, & in Græco, nisi quod pro absq; eo qd' intrinsecus latet, in Græco extat sic, ἐν τος της σιωπήσεως. i.e. extra silētium. In Hebræo autem sic: Ecce tu pulchra Socia mea, ecce tu pulchra, oculitui columbarū ex crine tuo. Ecce tu pulchra. Rursus Spōsus hic, prumpit in laudes Sociæ suæ, dicēs eā pulchrā. & pulchrā, & ad maiorem exaggerationē pulchritudinis adiungit. Oculi tui columbarū: quæ uerba Hebræorū doctores interpretant̄ sic, Ecce tu pulchra in custodiendis meis mādatis. Ecce tu pulchra in operibus Misericordiæ faciēdis. Ecce tu pulchra in mandatis affirmatiuis. Ecce tu pulchra in negatiuis. Ecce tu pulchra in Mūdo isto, Ecce tu pulchra in altero. Oculi tui columbarum, hoc est, color, facies, & figura tua pulchra, & similis colubæ. Quæ fidelissima uiros suo, nunq̄ fornicatur cum alieno. Item simillima es columbæ, quæ cū iugulatur, non retrahit collum, sed ultrò extendit ac porrigit illud. Sic & tu ultrò porrexisti parasticq; humerū tuū ad suscipiēdum onus meū, & mandata mea. Oculi tui columbarū absq; eo qd' intrinsecus latet. In Hebræo autē sic, Mibbahad lezamatech, hoc est, ex crine tuo, uel de intra crinē tuū. Et hoc dicit ad denotandum, q̄ crines eius desuper addebant ipsis oculis decorū, & pulchritudinē. Zamma em̄ crinē siue comā significat, etsi Rabbi Iona, teste. Rabbi Dauid in libro de Radicibus, exposuerit masueh. i. uelū. Et tunc sensus est: Oculi tui columbarū intra uelū tuū

tuum, quò subtilissimo uelo facies eiusdem Sponsæ ob nimirū eius honestatem cooperta semper erat. Et oculi eius conspiciebantur intra uelum. Capilli tui sicut gregis Caprarū, quæ ascēderunt de Monte Galaad, sic in Latino. In Hebræo autē sic: Capillus tuus sicut gregis Caprarū, quæ pexæ sunt de Mōte Gilhad. Posteaq; laudauit Sponsus Sponsam supra generaliter, dicens eā pulchram, & pulchrā: nūc pḡt laudare ipsam per partes, & primū de capillis, dicēs: Capillus tuus sicut gregis Caprarū, quæ ascēderūt, in Latino. In Græco, quæ reuelantur, In Hebræo autē quæ pexæ sunt de Monte Gilhad. Consueuerūt enim Capreæ, quæ descēdunt de Montibus, per nimirū cōtactum, collisionēq; Syluarū pilari, atq; pecti, & sic capillos earū reddi nitidissimos, pulcherrimosq;. Et hoc est quod dicit: Capillus tuus sicut Gregis Caprarū, q̄ pexæ sunt de Monte Gilhad. Et allegoricè per pulchrū capillum Sponsæ intelligit singulos de populo Dei. Qui omnes diliguntur à Domino. Sicut dilectus fuit Iacob, & Filii eius, quorum capilli, persequente eos Laban in dicto Mōte Gilhad, pexi fuerunt, & facti sunt nitidissimi, atq; pulcherrimi, sicut capilli Caprarū, quādo pectūtur in Mōtibus. Dentes tui sicut grex tonsarū, quæ ascenderūt de lauacro. Omnes gemellis foetibus, & sterilis nō est inter eas. Sic in utrāq; trāflatione. In Hebræo autem sic. Dentes tui sicut grex æqualiter incisarum, quæ ascenderunt de Lauacro, quæ omnes ipsæ parientes gemellos, & orbata non est in eis. Dētes tui sicut grex aqua-

liter incisarum. Hic uterque interpres uariauit, uertens pro incisarū tonsarū. Non enim intelligit author Cantici de tonsis ouibus hīc, sed de forma, & statura earum, quae adeo erat similis, & aequalis, ut uideretur prope modum incisæ, & quasi manu artificis sub eadē mensura fabrefactæ: quæ electæ à cæteris ob lanā, qua ad ministerium circuncisionis mūdiissima opus erat, alicui pastorum prudētissimo ad custodiendū tradebantur: qui in primis curaret, ut quotidie lauarentur. Quapropter ad earū cādorē, & moderatā formæ aequalitatē comparantur hic dentes Sponsæ. Omnes gemellis foetibus, &c. & hoc ad earū aequalitatē ostendendā maximè pertinet: quia natæ gemellæ gemellos maximè perturuant. Et sterilis nō est inter eas, siue ut in Hebræo: Et orbata non in eis: Et sensus est, non esse in eis aliquā dīminutā cum aliquo defectu, aut macula. Et Allegoricè per pariētes gemellos, fecunditatem intelligit Ecclesiæ: & p̄ dentes Spōsæ, intelligit Scriptura uim ac fortitudinem eiusdem Ecclesiæ, quæ dētes habet acutissimos, fortissimosq; ad decuorandos suos inimicos.

Sicut filū coccineū labia tua, & eloquium tuū decorū. Sicut frustum mali granati tempus tuū, intra crinem tuū. Sicut frustum mali granati, quod à parte exteriori est rubrum: Sic tempus tuū intra crinem tuū, uel (ut diximus) secundum Rabbi Iona, intra uelum tuū: hæc omnia dicta sunt per translationem à Sponsis, qui sic ab huiusmodi partibus solent laudare suas dilectas Sponsas. Omnia tamē Allegoricè sunt dicta, Nā per tempus Spōsæ, qđ Hebraicè dicitur raccha, hoc est uacuum. s. carne. Est enim tēpus osseū totum & uacuum carne, quod assimilat malo granato, intelligit Allegoricè, quod etiā uacui, & inanes hoīes qui sunt in Ecclesia

autem

autem sic, Sicut filum coccineum labia tua, & eloquium tuum decorum: Sicut filum coccineum labia tua. Pergit Sponsus laudare Sponsam, & ex rubicundis, & pulchrī suis labijs, dicēs, Sicut filū coccineū labia tua, quasi diceret: Tunc cum liberata per me de manu Pharao-nis, grata de beneficio accepto, cecinisti mihi Canticum illud, quod incipit, Cantemus Domino gloriose, & reliqua. Labia tua uisa sunt mihi pulcherima, sicut filum coccineum, & eloquium tuum decorum, cum dīgitis. s. ostendens me dicebas in eodē Cātico, Iste Deus meus, & glorificabo eum. Et sic etiam & Catholicæ Ecclesiæ labia diuinæ laudes canentia apud Christum pulcherima, & similiter, & eloquium eius de sacrī Scripturis decorum. Sicut fragmen malī punici, ita genæ tuæ, absq; eo quod intrinsecus latet. Ita in utrāq; translatione: Et si postrema uerba in Græco habentur sic: ἐκθετόμενος σου, id est, extra silentium. In Hebræo autem sic: Sicut frustum mali granati tempus tuum intra crinem tuū. Sicut frustum mali granati, quod à parte exteriori est rubrum: Sic tempus tuū intra crinem tuū, uel (ut diximus) secundum Rabbi Iona, intra uelum tuū: hæc omnia dicta sunt per translationem à Sponsis, qui sic ab huiusmodi partibus solent laudare suas dilectas Sponsas. Omnia tamē Allegoricè sunt dicta, Nā per tempus Spōsæ, qđ Hebraicè dicitur raccha, hoc est uacuum. s. carne. Est enim tēpus osseū totum & uacuum carne, quod assimilat malo granato, intelligit Allegoricè, quod etiā uacui, & inanes hoīes qui sunt in Ecclesia

m ij pleni

pleni esse debent multis meritis apud Deū, & hoīes & esse sicut mala granata quæ multis sunt plena granis. Sicut Turris Dauid collū tuū, בְּמִגְבָּלְךָ תַּחֲנֹתָה בְּנֵי יִשְׂרָאֵל לְחַלְפָה אֶחָדָת חַמְגָן פְּלַאי ædificata ad eminentias : Mille clypei suspensi super ipsam : oēs Pharetræ fortium: Duo ubera tua sicut duo Hinnuli gemelli Capreæ, qui pascūt in uiolis. פְּשָׁרְשָׁנִים :

SIC V T Turris Dauid collum tuum, quæ ædifica= Sta est cum propugnaculis , sic in Latino. In Græco autē sic : ὡς ἀντίγραφον τρέχεια του, δικοσμημένη εἰς θάλ- φων . Hoc est,sicut Turris Dauid collū tuū, Quæ ædi= ficate est ad thalphiōth. Græcus enim pro eo quod La= tinus uertit cum propugnaculis, seruauit dictionē He= braicam thalphiōth,quam Hebræi exponunt eminen= tias,quas uulgo appellamus mergulos,qui fiunt ad pul= chritudinem in ipsa Turriū summitate. Et est quidem dicitio Thalphiōth composita(ut inquiunt Grammatici) à dictione thel,i. cumulus, & phioth,id est,ora. Vnde dicta est Turris Dauid ædificata lethalphiōth. Ex quo erat alta & ora,ora,in summitate eius,hoc est, eminen= tiae,eminentiae diuisæ inter se per ora,quas ad pulchri= tudinem suæ Turris, quam in Monte Sion ædificauit Dauid,adiecit. Alij uero interpretes dixerunt dictionē thalphiōth esse simplicem, & deduci ab Aleph, id est, doctrina , uerso Aleph in Tau,& sic exponunt : Sicut Turris Dauid collum tuum , ædificata Lethalphiōth, hoc est,ad doctrinas,sive documēta : eo quod per eam

Turrim

Turrim docebant uiatores quorsum ituri essent. Quæ expositio mihi plurimū placet,ex his quæ dicemus infe= riū. Sicut Turris Dauid collum tuū. Comparat col= lum Sponsæ ad Turrim Dauid,per quam decenter & propriè,tum in literali,tum in allegorico sensu : in lite= rali,quia proceritas cum rectitudine multum præstat ad pulchritudinem & uenustatem mulieris : In Allego= rico , quia sicut Turris Dauid, quæ in Monte Sion erat locus ualde munitus & fortis,sic & collum Spon= sæ est ualde munitum & forte , ad sustinenda omnia onera,& omnes persequitiones. Item collum Sponsæ est magni roboris,sicut & Turris Dauid,ad denotan= dum Sponsum Christum qui influit in ipsum omnia bona esse fortissimum : Quæ ædificata Lethalphiōth secundum primam expositionem,hoc est,quæ Turris Dauid ædificata est in cumulum,id est,in altum, & ad eminentias quæ superadditæ sunt ei,ad decorē,& pul= chritudinem eius,ad hoc, ut omnes intenderent oculos in eam ad contemplandum eius pulchritudinem. Se= cundum alteram uero expositionem, quæ est ædifica= ta Lethalphiōth,id est,ad doctrinas , datur intelligi,ç ex hac Turri exitura erat Lex in Mundum, sicut dis= xit Esaias cap. 2. Quia de Sion exhibit Lex, & uerbum Domini de Hierusalem : Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium : Sic in utraq; translatione, nisi quia in Græco pro oīs armatura extat πόλις id est,omnia iacula. In Hebræo autem sic: Mille clypei suspensi super ipsam,omnes pharetræ fortium. Mille

m iij clype i

clypei : comparat nūc monilia pēdentia ex collo Spon
fæ clypeis,& pharetris pendentibus ex Turri Dauid.
Confueuerunt enim Príncipes ad pulchritudinē,& mu
nitionem suarum Turrium, & arcii suspendere in eis
clypeos,& pharetras,& alia arma quæ pēdent ex ipsis
Turribus,sicut pendent monilia ex collo Sponsarū. Et
rectē locus,unde exit Lex in Mundū,munitus est cly
peis,& pharetris : quia Clypeus est Lex Domini oībus
custodientibus eā: Iuxta illud : Scuto circundabit te ue
ritas eius,non tīmebis à timore nocturno. Et pharetris,
in quibus reponuntur Sagittæ. Pharetræ enim penden
tes non confueuerunt esse sine sagittis,ac proinde Græ
cus interpres pro pharetris uertit iacula. Per quę quidē
pharetrarū iacula,sive sagittas intelliguntur Apostoli,
Iuxta illud : Sicut Sagittæ in manu potētis,ita filij ex
cussorum,Ex Sion enim exiuit Lex in Mundū,nō nisi
per Sagittas.i. Apostolos,qui accepto Spīritu sancto in
Mōte Sion,tanq sagittæ emissi sunt in diuersas partes
Mundi,prædicātes Euāgeliū regni cœlorū. Item rectē
Dauidica Turris Montis Sion: unde exiuit Lex in or
bem terrarū:describitur hic fortis & munita clypeis &
pharetris,ad denotandū figurandūqz q à ciuitate muni
ta Hierusalē totius populi Israelitici Metropoli & prin
cipe,desolata per Titum & Vespasianū ob sceleratissi
mum occisionis Christi Messiae peccatū,potestas, san
ctitas,& primatus eius non nisi ad similem transferen
da erant urbem Romanam munitissimā,& omnī gen
tiū Metropolim & Reginam, unde & ipse Dauid
per

per Spīritum sanctum.Psal. 34.dicebat,Confitebor ti
bi in Ecclesia magna,in populo graui laudabo te.In po
pulo graui,In Hebræo sic,Beham azzum,idest,in popu
lo fortī Romano Græcè, id est fortī Latinè. Et rursus
Psalmo trigesimo,gratias agēs de sua exaltatione in ci
uitate munita Roma,dixit : Benedictus dominus,quo
niam mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate
munita.Duo ubera tua sicut duo Hinnuli Capreæ ge
melli,qui pascuntur in lilijs,Ita in omnibus tribus lin
guis,nisi quia in Hebræo pro lilijs est uiolis albis.Duo
ubera tua quæ lactat scilicet filios tuos,sicut duo Hin
nuli Capreæ gemelli , qui pascuntur in Violis. Et per
duo ubera æqualia,sicut duo Hinnuli secundum Do
ctores Hebreorum denotantur duæ tabulæ legis quæ
datæ sunt Moy si in Monte Sinai,quæ signa fuerūt &
figura duorum Testamētorum , ueteris , scilicet & no
ui. Et rectē comparat duas tabulas Legis,duobus ube
ribus, quia ex eis, id est, ex utroqz ueteri & nouo Te
stamento emanat lac quo homines nutrīuntur in ui
tam æternam . Et assimilat ea ubera , id est, duas Ta
bulas Legis,duobus Hinnulis gemellis Capreæ æqua
libus: Ex quo (ut iidem afferunt Doctores Hebræo
rum) Duæ tabulæ legis : quæ figura sunt duorum
Testamentorum,ueteris, scilicet & noui non solū erāt
eiusdē proportionis & mēsuræ,& ex eadē lapidea ma
teria , uerū etiā erant æquales,& in cōtinentia manda
torum: Singulæ enim earum quinqz æquipollentia in
ter se continebāt mandata.Altera em̄ tabula cōtinebat
illud

illud maximum & primum Legis mandatum. Dileges Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & reliqua. Et altera illud huic æquipollens. Non occides. Homicida enim (ut dicunt iudicem Doctores) quasi fundit sanguinem Creatoris. In altera erat secundum mandatum. Non erunt tibi Dñ alieni. Et altera aliud æquipollens huic. Non fornicaberis: quia qui fornicatur similis est mulieri adulteræ, quæ relinquens uirum suum adhæret alieno. In altera erat tertium mandatum: Non assumes Dominum Deum tuum in uanum: Et in altera æquipollens huic. Non furaberis: Quia qui furatur, finis eius est, ut iuret nomine Dei in uanum. In altera erat quartum Mandatum: Memento diei Sabbati: & in altera simile huic. Non falsum testimonium dices: Quia qui prophanat Sabbatum, testificatur falsum testimonium in Creatorem suum, dicens: Non cessasse, & quievisse Deum in creatione Mundi in die Sabbati. In altera erat quintum diuinum uerbum. Honora Patrem tuum, & Matrem tuam, ut sis longæuus super terram. Et in altera simile huic. Non defuderabis rem Proximi tui: Quia qui defuderat rem alienam, finis eius, ut generet filium, qui spernat eum, & honoret alium, qui non est suus pater. Qui pascit in Violis, qui Hinnuli Capreæ pascunt in Violis, & hoc propter odorem earum, quem persequuntur. Et sic allegoricè, quæ duæ tabulæ. i. duo testamenta pascunt Oves in Violis propter bonum earum odorem, & dirigunt eos per vias rectas in uitam æternam.

Vsqz quo

וְשִׁגְפָּלָה חַיּוֹת וְצַחַר
תְּצַלְלִים אֶלְהָה לְאֶלְהָה
תְּמֻזָּר וְאֶל גְּבַעַת הַל
תְּלִבּוּנָה בְּלֵגְבָּה רַשְׁעָה
גְּמוּם אִיזְקָה :

DO N E C spiret dies & inclinentur umbræ uadā ad Montē Myrrhæ, & ad collē Thuris, ita in oībus tribus linguis, nisi qd' in Hebræo pro & inclinētur umbræ extat, & fugiant umbræ, & pro uadam, extat ibo mihi. Donec spiret dies, & fugiat umbræ. Hæc uerba dicebat supra Spōsa: cū sumpta etiā Metaphora de Hinnulo Ceruorū dicebat; Auertendo assimilauit te dilecte mi Capreæ, uel Hinnulo Ceruorū ad Montes Bather. At quæ haçtenus non respondit Spōsus Christus, nunc uero facta rursus mentione de Hinnulis gemellis Capreæ, opportunè replicās uerba Spōsæ Christus. Dominus respōdens ait: Tu dicebas superius, inquit, usqz quo spiret dies, & fugiant umbræ me fore tuum dilectum: & exinde me à te non amplius dilectum, sed festinanter more Capreæ Hinnuliqz Ceruorū iturum procul à te ad montes Bather. i. incisionis, & separatio- nis, hoc est, ad montes æternos, te Sponsa ob peccatum idolatriæ abiecta, & in Babyloniam captiuitatem tradita. Ad quæ respondeo uerum esse, quod tu dicas, uerūtamen scito quod postea inde à montibus æternis rursus ibo mihi ad montem Myrrhæ, & ad collem Thuris, hoc est, in Templum quod in Hierusalem ædificatum est in mōte Moriah: per Myrrham enim allu-

n fit ad

sit ad nomen propriū ipsius mōtis Moriah,& p collem Thuris, per alia uerba intelligit eundē montē, Idē enim mons Moriath, in quo ædificatū est templū Dñi, propter continua sacrificia quæ ibi siebat, dicitur etiā collis Thuris. Et signatè dixit ibo mihi, hoc est, meo beneplacito : Et per mentionē factā de Caprea, & Hinnulo Ceruorum, datur intelligi, q̄ nō longo post tēpore, sed mox Christus Dominus erat uēturus in Templū suū, quod in Hierusalē, sicut & Malachias propheta, cap. 3. dixit : Et statim ueniet ad templū suū dominator Dōminus. Tota pulchra es amica mea, & macula nō est in te. Ita in oībus tribus linguis, nisi quia in Hebræo pro amica mea, est Socia mea. Et sensus est : & tunc cū ue=nero ad mōtem Moriah in Hierusalem redempta per me eris tota pulchra, & macula nulla erit in te : hoc ma= ximè pertinet ad nouā Hierusalem Catholicā Ecclesiā congregatam ex Hebræis, & Gentibus.

מִצְרָיִם מִלְבָנָן בֵּית אֶחָד
מִלְבָנָן תְּרוֹאַי מְשֻׁרָּה
מִזְרָח אַמְתָּה לְבָנָן
הַרְמֹן מִקְרָעָה מִזְרָח
Hermon de habitaculis Leo= num, de Montibus Pardorū.

VE N I de Libano sponsa mea ueni, de Libano ueni,
Ita in utrāqz trāstionē. In Hebræo aut sic : Me=cum de libano Sponsa, me=cum de Libano uenies. Pergit nunc Sponsus cum bonis quæ nunciauit uentura Spon=sæ admiscere etiā mala, babylonica uidelicet captiuita=tē. Quod tamē ne ægritudine aliqua, canticū quod lætitiae

titiæ est, cōtaminet, nō expressè, sed clanculū, & p infi=nuationē facit, tēperatqz rem felicissimo suo comitatu, quē ei pollicet, dicēs : Mecū de Libano Spōsa, mecū de Libano uenies : Sensus est, cū opus erit, pp̄ter tua pecca ta te migrare de Libano, hoc est, de terra Israel, i qua est mons Libanus, & migrare in Babyloniam post regē Na buchodonosor, uenies mecū, hoc est, ego pficisci tecū, & nō te derelinquā, toto tēpore trāsmigrationis, & captiuitatis : Coronaberis de capite Amana. Ita i Latīno, in Græco aut sic, οὐαὶ μελένῳ ἀπὸ ἀρχῆς πίστεως, Hoc est, & trāsibis à principio fidei. In Hebræo aut sic, Respicies à principio fidei, hoc est, cū reuersa fueris de Babylonica captiuitate in terrā Israel, in domo secūda. Qñ ego sum uēturus ad te, pprio ore osculādū, respicies, & confyde=rabis, quæ merces magna fuerit in ope tuo, à principio fidei, patris tui. s. Abraæ, De quo scriptum est, Credidit Abraam Deo, & reputatū est illi ad iusticiam. Et quæ merces tibi ex eo quia sequuta es me per desertum. Et ingressa es caput montis Senir & Hermon. Et respicies quæ merces tibi, De habitaculis Leonum, id est, duorū maximorū Regum, Seon Regis Ammorreorū, & Og regis Basan, de montibus Pardorū, id est, uolocissimo=rum, & fortium uirorum. Cum quibus mihi obsequēs congressa debellasti eos, sicut legitur Nume. 21. Et ad hunc sensum respexit Latinus interpres, qui uertit corona=beris de capite Amana, pro respicies de principio Amania, id est, à principio fidei patris tui Abraæ, ut diximus.

Vulnerasti cor meū foror mea
Sponsa, uulnerasti cor meū cū
uno de oculis tuis,cum uno mo-
nili colli tui.

VULNERA S T I cor meum foror mea Sponsa,
Ita in Latino, In Hebræo aut̄ Lebattini, quod de-
ducitur à Leb.i. cor, inde postea uerbum cū pronomi-
ne primæ personæ lebattini, quod Græcus interpresea-
dem uia uertit sic ἐκορφώσας, id est, Cordasti me(ut ita di-
xerim) hoc est, affecisti, & uulnerasti cor meū, sagitta.s.
oculorum tuorū, uel auulsisti cor meū in uno oculorū
tuorū, & in uno crīne colli tui, Ita in Latino, in Græco
aut̄, & in Hebræo habet, In uno monili colli tui : quasi
diceret, et si multa sunt in te, q̄ me capiunt, & adeo oīa
maxima, ut quod uis eorū sufficiens sit, me in tuū amore
& beniuolentiam rapere, quanto magis ergo me alli-
ciunt, atq̄ rapiunt omnia simul, & inter alia captus sum,
in uno monili colli tui, hoc est, in una tribu tua Iudæ,
quæ ante alias me dilexit. Et ex ea cum ad te ueniam,
humanam carnem sumpturus sum.

Quā pulchri sunt amores tui So-
ror mea Spōsa, q̄ boni amores tui
plusq̄ uinū. Et odor oleorū tuo-
rū magis oībus aromatibus. Dul-
cedinem destillabunt labia tua
Sponsa, mel & lac sub lingua
tua, & odor uestimentorum tuo-
rum, sicut odor Libani.

לְבַתִּנִי אֶתְתִּי בְּלָעֵד
לְבַתִּנִי בְּאֶתְתִּי מַעַן
מַעֲלֵגָה בְּאֶתְתִּי עַזְקָה
מִצְרָעָה :

Quām

QUAM pulchræ sunt mammæ tuæ foror mea Spō-
sa: Ita in Græco, & in Latino: In Hebræo autem
sic. Quā pulchri sunt amores tui foror mea Spōsa. Sæ-
pe enim uterq; interpres Hebraicā distinctionem dod,
quæ amorem, dilectum, & aliás patruum significat, uer-
tit ubera, & māmas. Quā pulchri sunt amores tui so-
ror mea Spōsa. Laudat Spōsam de pulchritudine amo-
rum in se. Et dicit amores pulchros supra scilicet amo-
res cæterarum gentium, quas et si diligebat Christus ut
creaturas suas, non tamen amor earum in Christū erat
pulcher, qualis gentis Israeliticæ. Pulchriora sunt ubes-
ra tua uino, & odor unguentorum tuorū supra omnia
aromata. Ita in Græco, & in Latino ferè. In Hebræo
autē sic: Quam boni amores tui plusq; Vīnum, & odor
oleorum tuorū plusq; omnia aromata. Quā boni amo-
res tui plusq; Vīnum, hoc respondet ad id quod dixerat
Spōsa in principio libri, quia meliores amores tui, q; Vī-
num: quæ uerba nunc Sponsus reflectit in Spōsam. Et
odor Oleorū tuorū plusq; oīa aromata, hoc est, & fama
tuarū uirtutū, & bonorum operū & redolet supra oīa
aromata. Et hoc maximè spectat ad nouā Hierusalem
Catholicam Ecclesiā, cuius fama suauissimi odoris re-
pleuit totum orbem terrarū. Fauus distillans labia tua.
Ita in latino. In Græco aut̄ rectius sic, κυρίου ἀποστόλου τὴν
σού νύμφη, μέλι καὶ γάλανή τὴν γλωσσαν σου, hoc est Fauū destillat
labia tua Spōsa: mel & lac sub lingua tua. In Hebræo
autem sic. Dulcedinem destillabunt labia tua Sponsa:
mel & lac sub lingua tua. Dulcedinem destillabūt la-
bia tua

n. ij

bia

bia tua,dulcedinē. sc̄ sapientiae sanctarū scripturarū, qua-
rum dulcedine nihil dulcius,nihilq; suauius in præsen-
ti uita. Mel & lac sub lingua tua hoc est,tanta est dulce-
do in uerbis tuis,quāta in melle,& in lacte: Iuxta illud
Prophetæ: Quā dulcia fauicibus meis eloquia tua, supra
mel ori meo. Et dicit sub lingua,hoc est,in abscondito: q̄a
quia nō cuilibet talis dulcedo nota,& manifesta,nisi his
in quorū mortali corpore nō regnat peccatum, sed sine
peccato templū sunt Spiritus sancti: Et odor uestimē-
torum tuorum, sicut odor Thuris. Ita in Latino, In He-
bræo autem & Græco sic: Et odor uestimentorū tuo-
rum sicut odor Libani,& intelligit de uestimentis sacer-
dotalibus,quæ redolebant Thus odorē suauissimum.
Hortus cōclusus foror mea Spōsa בְּנֵי אֶחָד מִלְחָמָה וְלַ
fa,Fons cōclusus,fons sigillatus, שׁ בְּנֵי מִשְׁנֶן תְּהִימָה
Emissiones tuæ Paradisus malo-
rū granatorū cū fructu pulcher-
rimo.Caphoræ cū Nardis. Nar-
dus,& crocus,calamus,& Cyn-
namomū cū omnibus arboribus
Thuris,Myrrha & Aloe cū oī-
bus capitib; aromatum.

HORTVS conclusus foror mea Sponsa,hortus cō-
clusus,fons signatus. Ita in utraq; translatione. In
Hebræo autem sic,Hortus conclusus foror mea Sponsa ,
Fons cōclusus,fons sigillatus:Pergit Sponsus prædica-
re laudes Spōsa,& ad ea quæ dixit,superaddens,ingt.
Insuper etiam tu foror mea Spōsa est anq; hortus con-
clusus,

clusus,& diligenter circūseptus. Qui odorē suorū fru-
ctuū,& florū foras emittit. Nemo tamē pōt ad ipsum
ingredi,ad fructus eius eripiēdum. Vnde per hortū cō-
clusum Metaphoricè intelligit uiros sanctos :qui odo-
rem suæ uirtutis,& honorū operum longe emittunt :
saliūstamē semper eorum fructibus,quos nemo ab eis
eripere potest. Fons cōclusus , & fons sigillatus: repeti-
tio eiusdē sententiæ per alia uerba : Posteaq; enim dixit
Sponsam esse tanq; hortū conclusum,nunc iuxta eundē
sensem infert eā esse,& tanq; fontem cōclusum , & fon-
tem sigillatum : Et dicit fontem,scilicet eiusdē conclusi-
horti. Et dicit cōclusum ad denotandum eum fontē esse
aquařū uiuentium : Et adiunxit postea,fons sigillatus,
ad significādū eundē fontē aquarū uiuentiū usq; ad ad-
uentum suū , & conclusum,& sigillatū fuisse , & nemis-
nem ex ea aqua bibisse,usquequo ipse Christus ueniēs
fontē ipsum aquarū uiuentiū reseruāit. Et clamans Ioā-
annis ca. 7. dixit: Si quis sitit,ueniat ad me , & bibat:
Qui credit in me (sicut dicit Scriptura) flumina de-
uentre eius fluent aquæ uiuæ : Hoc autem dicebat de
Spíritu , quem accepturi erant credentes in eum. Emis-
siones tuæ Paradisus malorum punicorum cum po-
morum fructibus : Ita in Græco, & in Latino; In He-
bræo autem sic : Emissiones tuæ Paradisus malorum
granatorum cum fructu pulcherrimo . Notāt omnes
doctores Hebræorum hic dicentes , omnem aridam
terram,quæ aquarum irrigatione indiget, uocari ter-
ram emissionum ; Et hæc dici ad hyperbolēn lau-
dis

dis terræ Israel. Quod etiam ea pars , quæ indigebat irrigatione aquarum, erat Paradisus.i. hortus malorū granatorum cum fructu pulcherrimo. Nos autē intellegimus totū Mundum dīcī emīssiones terræ Israel, ex quo totus indigebat aquarū irrigatione. Et in aduentu Christi irrigatū fuisse à fonte aquarū uiuentī : Et sic factum esse Paradisum, siue hortū malorū granatorū cum fructu pulcherrimo. Et hoc est quod dicit : Emīssiones tuæ Paradisus, emīssiones.i. totus Mūndus , qui sicut per te Paradisus malorum granatorum. In aduentu enim meo ad te osculandum, ex fonte aquarum uiuentium, qui est in horto tuo, deriuabo aquas in totū Mūndum, efficiamq; ipsum Paradisum, siue hortum malorum granatorum cū fructu pulcherrimo. Ita ut in toto Mundo, qui nunc maximè indiget multa aquarū diuinæ Sapientiæ irrigatione, nascātur uaria species aromaticorum fructuū uidelicet Cyprī cum Nardo. In Hebræo Cāphoræ cum Nardis. Nardus, & crocus, Calamus, pro quo in Latino est Fistula, & Cynamomū cū uniuersis lignis Libani, Myrrha & Aloe cum oībus primis unguētis, siue ut in Hebræo, Myrrha, & Aloe cum oībus capitibus aromatum, per quæ quidem uaria Aromatum genera, quæ in emīssionebus terræ Israel, id est, in toto Mundo, per irrigationem aquarū uiuentī à Christo Messia à terra Israel deductarum orta sunt, denotātur uaria sanctorum merita, quæ produxerunt, & producent uberrimos, ac preciosissimos fructus in Ecclesia Dei.

Fons

פָּנָסְעַן וְלִבְנֵי קָרֶבֶן מִזְרָחַת
תְּהִימָּה וְגָלְגָלִים מִן לְבָבָם
לְבָבָן : עֲרוֹרִי צְפָן
גְּבוּרָא תִּמְלָן בְּקִידָּחָה
אֲנוֹ יְזָלָה בְּשִׁמְרָיו

FONS hortorum puteus aquarum uiuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Ita in omnibus tribus linguis fere : Fons hortorum : Pergit Sponsus per eandem Metaphoram assumptam à fonte aquarū uiuentium assimilare Sponsam ad fontē hortorū, dicens : Tu Sponsa mea, es fons hortorū, i.fons, qui irrigabis hortos totius Mūdi, & tu es Puteus aquarū uiuentī, & fluentiū de Libano, hoc est, tu es Puteus mūndissimarū aquarum, quæ manant ab alto monte tuo Libano, ubi nulla pturbatio coeni. Et intelligit aquas baptismatis, quas emanantes è monte Libano ad fluuiū Iordanē sanctificauit Christus baptizatus in eis p manus Ioānis baptistæ. Surge Aquilo, & ueni Auster, per fla hortum meū, & fluent aromata illius. Ita in oībus tribus linguis. Et si in Hebræo, & Græco pro surge sit suscitare Aquilo, & ueni Auster, Et sensus est : Ex quo inquit Sponsa fragrātissimus est odor tuus, propterea ego præcipio uentis Aqloni, & Austro: ut simul & pariter hinc atq; hinc spirēt in horto meo, & fluāt aromata illius, ita ut ex eis egrediat foras odor tuus suauissimus ad oēs gētes. Et sic signat aptè catholicā ecclesiā ex gētibus : quæ ad odore Christi currētes inferēdæ erāt cū gēte uera Israelitica, & ad Christum per Apostolos conuertendæ.

o Capitulum

C A P I T V L V M Q V I N T V M:

וְבָא דָרֶךְ לְאַגְּדָה וְיֵבֶל פָּרִי מַגְּרִיו :
בְּאַתְּ לְאַגְּדָה אֲחָתִי בְּ
בְּלֹת אֲרִיחָה מַזְּרִיל
עַם כְּשָׂמֵן אַבְלָתִי וְעַ
גְּרַעַלְעַם - רַכְבָּשִׁי שָׁתָּ
שְׁתִּיחְיָה יְיָנָן עַם חַלְבִּי
אַבְלָתִי וְעַם שְׁחָגִי וְשָׁ
וּשְׁבָרָה דָּרְרִים

VENIA T dilectus meus in hortū suū, & comedat
fructum Pomorū suorū. Ita in omnibus tribus lin-
guis. Nunc Sponsa inuitat & ipsum Sponsum ad hortū
Pomorū suorum : & ut ueniēs (sicut ei sāpē pollicitus
est) comedat fructum horti sui. Ex quo datur intelligi
Sponsum cū uenit ad gentem Israeliticā comedisse de
fructibus Horti, hoc est, de fructibus bonorū operū, &
non de ipsis sacrificijs animaliū, quæ in aduentu eius
abolenda erant. Veni in Hortū meū Soror mea Spon-
sa messui Myrrham meam cū aromatibus meis. Sic in
Latino & in Græco ferme, nisi quia p messui, in Græ-
co est, ἐπειδή, hoc est, uindemiaui. In Hebræo autem
totum sic. Veni ad hortum meum Soror mea Sponsa,
collegi Myrrham meam cum Aromate meo. Veni in
Hortum meum, & reliqua. Rabbi Selomo hic contor-
quēs simplicitatē huius textus, exponit de cœlesti igne,
qui in dedicatione templi Selomonis palam descēdit, &
absorpsit sacrificium, quod ad ea, quæ hic dicuntur ne-
quaq[ue]

quaq̄ cōuenit. Agitur enim hic de aduētu ipsius Spōsi, quem suprà inuitauit Sponsa ad hortum suum , & non de igne cœlesti : Quapropter continuando hæc cum superioribus,exponendum est in hunc modum. Veni in hortum meum Soror mea Sponsa . Veni præteritum pro Futuro more Prophetico, hoc est ,non ualde post inuitatus à te, uenturus sum in hortum meum,congregationem Israel. Collegi Myrrham meam,pro colligā Myrrham meam,cum Aromate meo, hoc est,assumā ex Israel mihi,qui sunt Myrrha,& Aroma preciosum: eosq; Spiritu sancto,quem missurus sum eis, comburā illos,redolereq; faciam eos per totum Mundum. Et intelligit de Apostolis,& cæteris,qui crediderunt in cum de Israel,Comedi fauū cū melle meo : bibi Vīnū meū cū lacte meo. Ita ferè in oībus tribus linguis. Comedi fauū meū cū melle meo. Addit nūc Sponsus, Quid ulte rius cū uenisset in hortum suū fecerit,inquiēs : Comedi fauum meū cū melle meo. Doctores Hebræorū expo nunt hæc uerba de Sacrificijs,quæ erāt(ut aiunt)dulcia Sponso sicut mel,quod satis absurdū, atq; ineptū est , di cere Spōsum nō ob aliam potiore causam uenisse , quā ut comedederet sacrificia. Quam ob rem nos per fauum mellis,quem comedit, & uīnum cum lacte , quod ue niens bībit Sponsus , exponimus de illo maximo sacri ficio iustitiæ,quod de se ipso obtulit Christus Deo pa tri pro peccatis totius Mūdi,quod facere fuit ei dulce, sicut comedere fauum mellis,& bibere uīnum cum la cte, hoc est , uīnum,cuius dulcedo , & claritas superat

o ij dulcedine

dulcedinem, & claritatē lactis. Volūtariē enim seipsum Christus obtulit pro nobis, ut omnes & ueteres, & nouae contestantur scripturæ : Et ad hoc solum nasci uoluit, & uenire in hortum, ut comederet fauum mellis, & biberet uinum cum lacte, id est, ut pateretur: tāto, enim desyderio nostræ salutis ardebat, ut uehemētissimè partiendo pro nobis, non pati, sed mel comedere & lac bibere sibi uideretur, sicut discipulis suis dixit : Desyderio desyderauī māducare hoc pascha uobiscū : Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi : sic in utracq; trāslatione. In Hebræo autem sic : Comedite so cijs, & bibite, & inebriamini dilecti. Perquā benignè in uitat hic Christus socios Apostolos, & amicos omnes ad suam dulcissimam escam dicens : Comedite amici & uos fauum mellis, passam carnem meam. f. Et bibite ui num cum lacte, hoc est, fusum sanguinem meū, & ine briamini charissimi. Quām benignus, & liberalis de se ipso conuiuator Christus Dominus, qui suos conuiuas uult comedere, & bibere usq; ad ebrietatē. Et si per quā pauci nunc ex conuiuio Christi ebrii recedūt : Hoc eue nit, ex quo ebrij sumus pleriq; omnes ex Mundi concupiscentia, & propterea sobrij ex mensa Christi, & siccij & aridi potius atq; ieuni. Et idcirco infert, dicens charissimi : quia soli charissimi inebriantur. Et charissimi quidem conuiuæ Christi sunt soli illi, in quorum mortali corpore non regnat peccatum : sed templum facti Spiritus sancti, quæ sursum sunt sapiunt, quæ sursum sunt querunt, & non quæ super terram.

Ego

אָנֹן יִשְׁתַּחַת וְלֹבֶן עַז קְוֹל רְזֹרֵי זְמֻפָּק פָּה פְּתָחִי־לְיוֹאַחֲרֵי רְצִינָה יְזָנָה תְּפָנָה שְׂרָאָשׁ בְּמַלְאָכָּת קְוֹצָחָר רְסִיסָה לְלִבָּה :

Ego Dormio, & cor meū uigilat, ita in oībus tribus linguis. Et si in Hebræo sit, & cor meū excitatum. Quod idē est in sensu: Et sunt uerba ipsius Spōlæ, quæ dicit se dormire. Et hoc fuit in prima domo sancta, qñ gens Israelitica dormiebat, hoc est, oblita Dei sui, sicut q; dormit, colebat Idola. Et cor meū uigilat, uocat more Sponsarū ipsum Spōlum cor suum dicēs, & cor meū. i. Christus, q; est cor meū, & amor meus, uigilat ad me custodiēdū, & redimēdū. Vox dilecti mei pulsantis, Aperi mihi soror mea, amica mea, colūba mea, immaculata mea, quia caput meū plenū est rore, & cincinni mei guttis noctiū. Ita in oībus tribus linguis in sensu. Vox dilecti mei pulsantis, & reliqua. Cū dormiret Sponsa(ut dicebat suprā) ecce dilectus ad portā eius, & pulsans portam p; Prophetas. f. dicebat. Aperi mihi soror mea Spōfa, q; a caput meū plenū est rore. Aperi mihi, quia caput meū plenū est rore, hoc est. Tanto amore in te ardeo, ut nō possim me cōtinere, qn amatiū more p; rorē in nocte nō ueniā ad te. Propterea aperi mihi soror mea, quia & cincinni mei guttis noctiū supple pleni sunt. Vnde quia ros significationem habet beneplaciti, & complacētiae, propterea allegoricē prorē significat se cū benedictiōe o iij multa

multa, & retributione bonorum operū uenire. Et postea etiam deterrens eam, si aperire recusauerit, subdit, dices: Et cincinni mei guttis noctis, hoc est, pluuiā noctis quae significationē habet laboris, & tribulationis, quasi diceret, et si nolueris pulsanti mihi aperire, sunt in manu mea multa genera suppliciorū, ut ea sumam dete, & de omnibus qui pulsanti mihi nolunt aperire.

Expoliaui me tunica mea, quomodo בְּתַנְאָרִי אֶת שְׁפֵלָתִי
do induā illam^c. Laii pedes meos, אֶרְכָּבָת אֶל בְּשָׂרָבָה הַר
quomodo inquinabo illos^c. Dilectus meus misit manū suam ex fo-
ramine, & uiscera mea resonuerūt שְׁלָחָה רֹאָז מִן – הַהֲרָן
super me. Surrexi ego ad aperien-
dum dilectio meo, & manus meæ וּמְעַשֵּׂה קְמָרִי עַל יְקָמָתִי
stillauerūt Myrrhā, & digití mei אָנָן לְפָתַח לְרוֹאָז וּוֹרָן
Myrrham transeuntem supra pal-
mas seræ. בְּמַעַל כְּפֻרוֹת עַל בְּקֻרוֹת :

EXPOLIAVI me tunica mea, quomodo induar illa^c. Laii pedes meos, quomodo inquinabo illos^c. Expoliaui me tunica mea. Verba sunt Spōsæ, quæ aliū habens secum amatorem, nolens Sponso legitimo suo aperire, se excusat, dicens: Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa^c. Quasi per has frīuolas excusationes palam diceret, Missam me fac, quia habeo alium amatorē meū, & alios deos quos colo: hoc enim insinuat p̄ uerba illa, expoliaui me tunica mea. Quæ uerba propria sunt mulieris adulteræ, quæ occupata cū alio amatore, tergiuersat aperire uiros suo. Hæc respondent ad id

ad id qd' dixerat suprà, Ego dormio, & cor meū uigilat, quorū sensus est. Ego dormio, hoc est, oblita sum legitimi mei Spōsi, & cor meū, i. Christus Spōsus meus, q̄ deberet esse cor meū, uigilat, p̄ rorē, & p̄ pluuiā noctis ueniēs ad me, & pulsans ostiū meū dormientis. Expoliaui me tunica mea. Prophetat p̄ hæc qd' futurū erat sibi. Ex eo enim qd' nō aperuit, & nō recepit Christū ueniē tem ad se, & pulsantē, spoliata fuit duplici eius tunica sa-
cerdotali, s. & regali, utraq; dignitate & sacerdotij, & re-
gnī amissa. Laii pedes meos, quomodo inquinabo il-
los^c. Et per hæc etiam prophetat Iudæos post lotionē
pedū Idololatriæ, quā cōmiserūt in prima domo sancta,
nunq; amplius reuersuros ad colendū Idōla. Et hoc(ut
puto) factū est, ne possint dicere Iudæi se, ppter peccatū
idololatriæ deiectos in tā longā, & tā durissimā capti-
uitatē, & nō propter occisionē Christi Messiæ. Et si cū
nullū aliud peccatū dicāt se habere, q̄, tā lōga captiuita-
te puniant, affeuerēt eorū Doctores sup Danielē, pphe-
tam(ut ibi latius diximus) se, ppter idololatriā patrum
primæ domus sanctæ in hāc p̄fentē Ro, tā longā capti-
uitatē esse deiectos, quod aut̄ Iudæi à lotione pedū pri-
mæ domus nō inquinauerūt se, neq; inquinabūt amplius
per idololatriam, apertè ostendit Osea propheta cap. 3.
dices: Quia dies multos sedebūt filij Israel sinē Rege,
& sinē principe, & sinē Sacrificio, & sinē Altari, & sinē
Ephod, & sinē Theraphim: & post hæc reuertētur filij
Israel, & querēt Dominū deū suū, & Dauid Regē su-
um, & pauebūt ad Dñm, & ad bonū eius in nouissimo
dierum

dierum. Hactenus Osea. Vnde per Theraphim, quod est species Idolorum, intelligit oīa Idola. Dilectus meus misit manū suā per foramē, & uenter meus intremuit ad tactum eius : Ita ualde perperā in Latino : In Græco autem rectius sic. ἀ δελφινός μου ἀ ωκέσελε χερά αυτῷ ἀπὸ τῆς οὐρῆς, οὐδὲ καὶ κοιλία μου ἐμφέρει ἔως αυτὸν, Hoc est, nepos meus misit manum suā à foramine, & uenter meus resonuit in ipsum. Pro quibus postremis uerbis: in Latino habetur sic : Et ueter meus intremuit ad tactū eius. In Hebræo autem sic : Dilectus meus misit manū suā de foramine, & uiscera mea resonuerunt super me. Sensus hīc est: Dum inquit Spōsus meus staret ante ostiū mēū & pulsaret, misit manū suā ex foramine s. portæ. Et ego cūm uidisse manum eius, quā ex foramine portæ. i. ex foramine cœlorum extendit ad me capiendū : uiscera mea resonuerūt. i. cōmota sunt super me, hoc est, mox recor data sum pristinī mei amoris in eū, & propterea decreui aperire ei. Surrexi, ut aperirē dilecto meo, & manus meæ stillauerūt Myrrham : & dīgitī mei pleni Myrrha probatissima, pessulum ostij mei. Ita in Græco, & in Latino ferè : In Hebræo autem sic : Surrexi ego ad aperiendum dilecto meo, & manus meæ stillauerunt Myrrham, & dīgitī mei Myrrhā transeunte supra palmas pessuli : Sensus est, Posteaq uidi inquit manū Spōsi, quā misit per foramen portæ, ut me prehenderet, uiscera charitatis, & pristinī amoris mei erga eum cōmotā sunt, & mox surrexi ad aperiendū ei : Et dū surgerē, manus meæ stillauerūt Myrrham, & dīgitī mei Myrrham

rham transeuntem, id est, cuius odor transit in omne latutus : uult dicere se eo animo perfecto, & amoris pleno surrexisse ad aperiendum Sponso, cūm iam incaluiscent uiscera dilectionis eius, quo animo mulier expetens placere uiro suo suffumigata Myrrha, & alijs optimis odoribus, proficiscitur ad eum. Et dīgitī mei Myrrham transeuntem supra palmas seræ, hoc est, Et dīgitī mei stillabant Myrrham magni odoris supra palmas seræ siue pessuli, id est, dum applicarem manum supra palmas seræ ipsius portæ ad aperiendum eam. Et manus meæ stillauerunt Myrrham. Hæc uerba aliqui ex ueteribus doctoribus Hebræorum etiam aliter exposuerunt sic, Et manus meæ stillauerunt Myrrhā, hoc est, Et manus meæ tunc amaricatae sunt, ex memoria peccati idolatriæ, ac si Myrrham attigissent. Et dīgitī mei Myrrham transeuntem, hoc est, & tamen amaritudo illa transiit, ex eo quia cogitabam eum pepercisse peccatis meis.

פָתַחְתִּי אֹנוֹלֶרֶדֶר וְרוּזָה
מִבְּצָק צָבֵן נִפְשָׁא צִנְחָה
בְּסִבְרוֹ בְּקַשְׁתָּהָה וְ
וְלְאַמְּצָא תְּחִוָּה קְלָאָתָה
וְלֹא עֲנָנִי : מִזְעָנִי
חַשְׁמָרִים חַסְבָּרִים
בְּצִיר חַמְרָה פְּצַעַנִּי
בְּשָׂאָג אַתְ-רְרִירָה מְ
מַעְלִי שְׂמָעוּנִי קְהֻמָּה
rōrum.

APER VI dilecto meo, at ille declinauerat, atq; transierat. Anima mea liquefacta est: ut dilectus loquutus est. Ita in utraq; translatione in sensu. In Hebræo autem sic: Aperui dilecto meo, & dilectus meus reuersus est, transiuit: Anima mea egressa est in loqui ipsum. Narrat Sponsa, quod dum aperiret portam, Sponsus conuersus est, transiuit, & abscondit se. Anima mea egressa est in loqui ipsum, hoc est, cum anteq; recederet, loqueretur tecum dicens: Non intrabo domum tuam, quia à principio noluisti aperire mihi. Quæsiui ipsum, & nō inueni ipsum: & uocaui ipsum, & non respondit mihi: Inuenient me custodes, circumcantes in ciuitate, percusserunt me, & uulnerauerunt me. Cæperunt pallium meum desuper me. Ita in omnibus tribus linguis ferme. Inuenient me custodes circumcantes in ciuitate, hoc est, Nabuchodonosor, & exercitus eius, custodes circumcantes ciuitatem, hoc est, qui obſidentes circuibant ciuitatem ad capiendum eam. Cæperūt pallium meum desuper me, hoc est, Sanctuarium, quod erat meum pallium. Et notandum in Hebræo distingui orationem per accentum zachephon in uerbo desuper me: Vnde uerbum cæperunt refertur ad custodes obſidentes ciuitatem. Et postea subiungit. Custodes murorum, hoc est, etiam Angeli ministerij, qui erant custodientes muros meos, sicut dixit Isaías cap. 67. Sup muros tuos Hierusalem cōſtitui custodes tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Et ipsi, supple, dereliquerūt me.

Adiuro

אָשְׁבַעֲתָה אֶתְכֶם בְּנֹת יְהוָה יְהוָה אֱלֹהֵינוּ מֶתֶת-פְּגִיזָה נָא שְׁחִילָה אֶתְכֶת אָנָן: מֶתֶת-דָּוָתָה מְרוֹאָה חִימָר בְּפְשִׁים מְהֻזָּוָתָה מְהֻזָּוָתָה שְׁפָטָה הַשְׁפָעָתָה:

ADIVRO uos filiæ Hierusalē, si inuenieritis dilectū meū, ut nūtietis ei, qd amore langueo. Ita in oībus tribus linguis. Adiuro uos filiæ Hierusalē: Posteaq; p cōmissam idolatriā à Regibus Iudæ in prima domo sancta pcussa fuit Hierusalē, & data ī manū Regis Babylonie humiliata nimis, resipiscēs tandem, & cupiēs recōciliari Spōso, adiurat filias Hierusalē, hoc est, oēs tribus, & uniuersum populū Israelicū, q habitabat in fini tūmis locis, & ciuitatibus Israel, q erant ipsi metropoli Hierusalem tanq; filiæ, dicens: Adiuro uos filiæ Hierusalē, si inuenieritis dilectū meū Spōsum Christū, ut nūtietis ei, quia amore languo. Qualis est dilectus tuus ex dilecto ô pulchra ī mulieribus. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos. Sic in oībus tribus linguis. Respōdent nūc filiæ Hierusalē ad ipsam adiurantem matrē, & præ se ferentes nō cognoscere Christum dilectū Sponsum, inquit: Qualis est dilectus tuus ex dilecto, scilicet, patre æterno, ô pulchra inter mulieres, & ex nimio affectu inculcates interrogationem subiungunt, qualis est dilectus tuus ex dilecto, scilicet patre æterno, quia sic adiurasti nos.

p. ij Dilectus

Dilectus meus candidus, & rubi-
cundus, uexillatus ex millibus. Ca
put eius aurum, igne examinatū,
cincinni eius aceruati, nigri quasi
coruus. Oculi eius sicut columba
rum super riuiulos aquarum, loti
cum lacte, residentes supra pleni-
tudines.

DI L E C T V S meus candidus, & rubicundus, ele-
ctus ex millibus. Ita in omnibus tribus linguis, nisi
quia in Hebræo pro electus habetur dagul, id est, ue-
xillatus. Dilectus meus candidus, & rubicundus, & re-
liqua. Interrogata Sponsa à filiabus suis qualis esset di-
lectus suus, gratificans eis, respondet describitq; formā
Sponsi sui dicens. Dilectus meus candidus, & rubicundus,
Candidus, f. in toto corpore, & rubicundus in genis, &
in facie. Candidus ad dealbandum peccata mea. In tali
enim forma apparuit Danieli in iudicio. Vnde librisui
cap. 7. sic inquit: Aspiciebam donec throni positi sunt,
& antiquus dierum sedit, uestimentum eius candidum
quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda. Et ru-
bicundus, ad ulciscendū inimicos suos: Iuxta illud Esa.
cap. 63. Quare ergorubrū est indumentū tuū, & uesti-
mēta tua sicut calcantū in torculari? Torcular calcaui
solus, & de gētibus nō est uir mecū: Calcaui eos in furo-
rem eo, & cōculcaui eos in ira mea. Electus ex millibus:
In Hebræo uexillatus ex millibus hoc est, multi exerci-
tus Angelorū in circuitu assistūt ei. Iuxta illud Danie.

7. Millia milliū ministrabāt ei, & decies cētēna milliā
assis̄tebāt ei. Caput eius aurū optimū. Sic in Latino: In
Græco aut̄ sic: κεφαλὴ ἀντίχρηστος κεφάλη, hoc est, caput eius
aurum cephaz: seruauit enim Græcus hebraicā uocē
paz, quæ latine significat aurū igne ualde examinatum,
Caput eius aurum paz: Sensus est, caput eius, hoc est,
principium uerborum eius refulget, s. sicut aurum opti-
mum: Luxta illud Psal. 118. Principium uerborum tuo
rum ueritas, in aeternum omnia iudicia iustitiae tuæ.
Quod quidem principium uerborum eius fuit in monte
Sinaï ad populum suum: quando dixit: Ego Dominus
Deus tuus, ostendens ex hoc principio uerborum eius,
Regnum & imperium sui solius esse. Et postea subiec̄it
sua mandata, quæ ut Rex præcepit obseruanda. Comæ
eius sicut elatæ palmarum, nigrae quasi Coruus: Sic in
utraq; translatione: In Hebræo autem sic, Cincinni eius
aceruati, nigri sicut coruus: hoc respōdet ad illud quod
dixit Dauid Psal. 17: Posuit tenebras latibulum suum,
in circuitu tabernaculi sui. Et ad id quod dixerunt Do-
ctores hebræorū. Quod cū apparuit Deus in Mari ru-
bro, uisus est in forma adolescētis præliatis cū maxima
fortitudine. Oculi eius sicut colubæ sup riuiulos aqua-
rum, quæ lacte sunt lotæ. Ita in utracq; translatione. In
Hebræo autem sic. Oculi eius sicut columbarū super
riuiulos aquarū, loti cum lacte, residentes supra plenitu-
dines, hoc est, oculi eius pulcherrimi, quales sunt oculi
columbarum spectantium aquas, quarum oculi ex eo
aspectu aquarū multū affecti, condecorantur. Et tanto

magis afficiuntur oculi, & efficiuntur pulchri si lacte fue
rint loti. Oculi eius sicut columbarum, ait exponuntur hæc uerba, sic. Quemadmodū columbæ oculis suis cūspectant oīa ex fenestris suis, iuxta illud Isaiae cap.
60. Et quasi colubæ ad fenestras suas, &c. Sic oculi domini ex fenestris cœlorum cūspectat oīa. Loti cū lacte, hoc est, & sicut oculi columbarū uidentur pulchri, ac si loti essent cum lacte: Sic & oculi ipsius Sponsi cū intendunt ad iudicandū, clarificant iudiciū sicut candor lactis ad iustificandū iustū, & ad damnandū impiū, & reddendū eis secundū opera eorū. Et residet iuxta fluēta plenissima. Ita in Latino: in Græco autem rectius sic ναθίμενοι ἐπὶ πληρώματι, hoc est, sedētes supra plenitudinē. In Hebræo aut sic, residētes supra plenitudinēs, hoc est, & oculi eius Spōsi erant residentes & stantes supra plenitudines, hoc est, in pulchra & moderata æqualitate & cōuenientia: ex quo nō erant prominētes, neq; profundi magis q̄ decens erat, & ideo per pulchri. Et secundū Allegoricum sensum, sedētes supra plenitudines, hoc est, & oculi eius spaciātes supra plenitudinē. Mundū, respiciūt bonos & malos.

Genæ eius sicut linea plantationum Aromatis, Aromatiū confectionum. Labia eius uiolæ, distillantia Myrrham trāseūtem, Manus illius rotæ aurí plenæ cum Tharsis. Venter eius nitor eboris, inuolutus

סְפִירִים לְחַיָּיו שְׁלֹמֶת חַבְשָׁם מְגַלְנָה בְּרַקְתָּים שֵׁפֶת חַזְקָה שְׁוֹשָׁנָה זָהָב נְטָפָה מְזֻרָה שְׁלֹמֶלֶת וְתָמֵן מְמַלְאָקִים בְּתְרַשְׁישָׁה מְנַעַלְתָה

Sapphiris. Tibiæ eius colunmæ marmoris fundatæ super mortariola auræ. Visio eius sicut Libani. Electus sicut Cedri. Palatum eius dulce: & totus ipse desyderia, iste dilectus meus, & iste socius meus filiæ Hierusalem.

סְפִירִים: שְׂקוּר עֲפֹורָה שְׁשׁ מְוִיכָרִים עַל אַרְנוֹ-פְּזָן מְרָאָה בְּלִבְנָה בְּחַרְבָּה בְּאַרְזָן: חַבְרָה מִמְּתָקִים בְּכָלָה מִתְמָדִים זָהָב רְזָקָה יְרָחָם

GE N A E illius sicut areolæ aromatiū cōsistæ à pigmento tarijs. Sic in Latino: In Græco aut sic σταγόνες διστάσεις φιάλαι γενέρωματοι φύουσαι μυρεθηκε, hoc est, genæ illius sicut phialæ aromatis producētes pigmentaria: In Hebræo aut sic: Genæ eius sicut linea plātationū aromatis Aromaticum confectionum. Pergit Sponsa rogata à filiabus describere & reliqua pulcherrima mēbra Christi Spōsi, dicens: Genæ eius sicut linea plantationū Aromatis aromatiū confectionū: Genæ eius, id est, facies eius intelligendo à parte totam faciem: Sicut linea plantationū Aromatis aromaticum confectionum: Sensus hic est, qd' genæ & facies, hoc est, uerba quæ loquutus fuit Sponsus Christus facie ad faciem in monte Sinai cum populo suo Israelitico: fuerūt dulcissima & perspectissima: & singula uerba ferme uisa ad similitudinem linæ plātationū aromatis: quæ linea cōstat ex pluribus aromaticis ad dulcissimas præciosissimasq; cōficienes faciendas maximè idoneis. Labia eius lilia distillantia Myrrah primā. Ita in utraq; translatione ferme.

In Hebræo

Labia eius uiolæ distillantia Myrrham transeuntem. Repetitio eiusdem sententiae per alia uerba, hoc est, & labia eius similia uiolis, loquuta sunt, subaudi in eodem monte Sinai uerba suauissima, & odoris Myrræ transfeuntis. i. odorem in omne latus iactatis plenissima. Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis. Ita in Latino, in Græco aut sic, χρῆσε ἀντὸς τορευταὶ, Χρυσέου, πετωληρωμένου θαρσῆς hoc est, Manus eius tornatiles, aureæ, plene tharsibus: In Hebræo aut sic: Manus eius rotæ auræ plenæ cum tharsi, hoc est, manus eius cum rotis, id est, annulis aureis plenis tharsi lapide precioso, & Allegoricè secundū doctos ueferes Doctores hebræos p manus eius intelligit duas tabulas legis: quas fecerunt manus eius. Et p rotas auræ, uerba legis: de quibus dicitur in Psal. Desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum. Vēter eius eburneus distinctus Sapphiris: Ita in Latino: In Græco aut sic: κοιλία ἀντὸς πυξιδίου ἐλεφάντινον ἐπὶ λίθῳ σαπφείρῳ hoc est, uenter eius pyxidicula eburnea in lapide Sapphiro: In Hebræo autem sic: Venter eius nitor eboris inuolutus Sapphiris: quia dixit suprà: Dilectus meus candidus & rubicundus, propterea cū dixisset, uenter eius nitor eboris, adiunxit, inuolutus cū Sapphiris. Est enim Sapphirus lapis preciosus rubri coloris secundum Rabbi Abraam Abanezra in suis cōmentarijs. Et rectè secundum Allegoricū sensum: uēter eius candidus est ut Ebur, & inuolutus Sapphiris rubri coloris, ex quo secundum eosdem Doctores, peruentrem, qui in medio est hominis, lex Sacerdotalis, quæ in me-

dio

dio est uoluminis legis Moysi significatur, quæ & candida est, ut Ebur ad dealbandum, & rubicunda ut Sapphirus, ad ulciscendum peccata. Crura illius columnæ marmoreæ quæ fundatæ sunt super bases aureas. Ita in utraq; translatione. In Hebræo autem sic: Tibiæ eius columnæ marmoris fundatæ super mortariola auræ, & idem est sensus: Tibiæ eius, hoc est, corpus eius: à parte enim intelligit totum, & per corpus eius intelligit Mundum istum, quem ipse Christus creauit. Columnæ marmoris: in Hebræo hammude ses, unde quia ses, & senariū significat numerū, propterea allegoricè uult dicere huius Mundi sex esse columnas, hoc est, latera sex. s. Ante, Retro, Sursum, Deorsum, Dextrorsum, & Sinistrorsum. Fundatæ supra mortariola auræ, hoc est, supra terram, unde est aurum, Species eius ut Libani: Electus ut Cedri, sic in omnibus tribus linguis, Species eius siue uisio eius ut Libani, id est, montis Libani: Et sensus est, sic, inquit, est uidere Deum, hoc est, opera Dei sicut ingredi in montem Libanum: & uidere pulcherrimas arbores eius: quemadmodum enim quis ingressus in montem Libanum, mox in ipso aditu eiusdem montis uidet arbores adeo pulchras, ut putet nullas alias inueniri posse pulchriorēs, & deinde progressus paullum uidet in eodem monte alias arbores longè pulchriorēs, & sic deinceps: Sic sunt, inquit, & opera Dei alia alijs longè pulchriora præstantioraq;. Electus sicut Cedri: quæ scilicet semper uirescunt, sic & opera Dei semper uirescunt: nunq; enim desinunt esse, sed semper

q instaurātur

instaurantur, & sic tanquam Cedri semper uirescunt. Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis. In Hebræo sic, Palatū eius dulce, & totus ipse desideria. Palatum eius dulce, hoc est, uerba eius dulcia. Dicit enim scriptura Ezechielis cap. 18. Si autē impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis quae opera tuus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium, & iustitiam, uita uiuet, & non morietur, omniū iniuitatum eius, quas operatus est non recordabor. Est ne aliquod uerbum dulcior, quam hoc : Et rursus ibidem inquit. Nunquid uoluntatis meæ est mors impij dicit Dominus Deus, & non ut conuertatur à uījs suis & uiuat : Est ne aliquod uerbum dulcior quam hoc, & alia huiusmodi : Talis est Dilectus meus, & ipse est amicus meus filiæ Hierusalem. In Hebræo autem sic : Iste dilectus meus, & iste socius meus filiæ Hierusalē. Quo profectus est Dilectus tuus ô pulchra in mulieribus : quo cōuer tit se dilectus tuus : & queremus ipsum tecum.

QV O abiit dilectus tuus ô pulcherrima mulierum, quo declinauit Dilectus tuus. Ita in omnibus tribus linguis ad sensum. Quo profectus est dilectus tuus. Cum audissent filiæ Hierusalem à matre quod speciosus forma est præ filijs hominum Sponsus Christus : propterea & ipsæ audiendo captæ amore Sponsi, per quam cupidè interrogant matrem, dicentes. Quo profectus est dilectus tuus, te derelicta uidua in Babylonie :

ca

ca captiuitate : Quò conuertit sedilectus tuus? & queremus ipsum tecum.

CAPITULUM SEXTVM.

Dilectus meus descendit in hortū suum, ad lineas plantationum aromatis, ad pascendum in hortis, & ad colligendum uiolas. Ego dilecto meo & dilectus meus mihi, pascens in uiolis.

הַרְחֵל בְּרוֹת לְגָנְגָן
לְעִירָנוֹת חֲמָשָׁם לְ
לְרָעוֹת בְּנָבִים וְלְ
לְלָגָט שְׂוֹשָׁנִים :
אָנֹן לְרוֹדָה וְזָרָה לְ
תְּרַפְּעָת פְּשָׁוְשָׁנִים :

DI L E C T U S meus descendit in hortum suum : ita in omnibus tribus linguis. Dilectus meus descendit in hortum suum. Rursus interrogata. à filiabus suis Sponsa, & quò abierit speciosus Sponsus eius, respōdet dicens : Dilectus meus descendit in hortum suum. Mirra breuitas : ex eo enim quod dicit descendit in hortum suum, insinuat filiabus suis Sponsum suum concessisse à se in altum ad montes aeternos : & inde postea rursus descendisse in hortum suum. Et sic per miram breuitatem & artem respōdet ad interrogata, & seruat decorum Epithalamicī carminis, quod nihil triste admittit, accipitq; præteritū pro futuro, dicens, descendit in hortū suum, pro descendet in hortum suum. Ad lineas plantationum Aromatis : Mirè ac signatè cum dixisset descendit in hortum suum, adiunxit ad lineas plantationū aromatis, quasi diceret, descendet quidem non simpliciter ad hortū, sed descendet ad lineas plantationū Aromatis, hoc est, ad ipsos ueros Israelitas Aposto

q. ij los

los, & cæteros, qui Sponsum Christum recipient: & rectè signantur hic Apostoli per lineas plantationum Aromatis, quia odorem suum supra omnia aromata in Apostolos & discipulos suos contulit Christus. Vnde merito ipsi postea prædicantes dicebant. Christi bonus odor sumus. Ut ibi pascatur in hortis, & lilia colligat, ita in Latino & Græco. In Hebræo autem sic: Ad pascendum in hortis, & ad colligendum uolas, Ad pascendum in hortis. Mirè signateq; dixit, in hortis. Nam si ad hortum descendit Christus, quomodo ergo pastus est in hortis, quod sic intelligitur Christum descendisse in hortum, hoc est, ad gentem Israeliticam, & descendisse etiam ad pascendum in hortis, scilicet Gentium, quæ in uarios hortos, hoc est, in uarios Deorum cultuserant diuisæ. Vnde cum descendisset Christus in hortum suum gentis Israelitæ, collegit uolas, & ex hortis gentium, hoc est, sanctas animas redolentes sicut uiolæ, ex quibus facta est Ecclesia catholica. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter Lilia: ita in omnibus tribus linguis ferme. Et sensus est. Quanquam ita se habet, inquit, Spōsa, quod dilectus meus Christus Messias ueniens ad me in hortum suum, pascetur in hortis gentiū, colligitq; inde uolas, non tamen propterea me Sponsam suam prorsus abiiciet: Sed ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, hæc asserit, ppter Apostolos, & alios, qui de gente Israelitica crediderunt in Iesum Christum unà cum Gentibus.

Pulchra

וְהִיא רַעֲנָה בְּתַרְבָּחָת
תִּירֵה, pulchra sicut Hierusalē, אֶצְבֹּה
תְּרִיבָּה: חַסְבִּי עַלְיָה
מְגַנְּבָה שְׁחָם חַרְחִיבָּנִי
שְׁעָרָה בְּשֻׁרְעָרִים
שְׁגַלְשָׁגָן מִזְרָחָנִי—חַגְלִישָׁן;
שְׁעָרָן מִן חַבְשָׁה ש
שְׁבָלָם מִקְאָמָות וְשָׁ
מְלָלָה אֵין פְּחַסְפְּלָה
חַרְבָּנוֹ בְּקָתָה מִבְּעָרָה
de intra crinem tuum.
לִצְמָתָה :

PULCHRA es amica mea, suavis, & decora sicut Hierusalem. Ita in Latino, in Græco sic, καλλίς ἡ πλησίον μου ὡς ἐν Λοκίᾳ, ἡ παῖα ὡς ἐξουσαλίμ, hoc est, pulchra es proxima mea ut beneplacitum, decora sicut Hierusalem. In Hebræo autem sic: Pulchra tu Socia mea sicut Thirsfa, decora sicut Hierusalē. Pulchra tu Socia mea: Mīrum quod Sponsam suam hic Christus appellat pulchram sicut Thirsam ciuitatem terræ Israel: & sicut Hierusalem. Vnde manifestum est eum non loqui hic amplius de ueteri Spōsa Hierusalem. Sed de noua Romana Ecclesia, quam in pulchritudine comparat ad Thirsam, & ipsam Hierusalem, dicens, pulchra es amica mea sicut Thirsfa, quæ ciuitas est in terra Israel. De qua sit mentio in tertio Regum capite 15. Terribilis sicut castrorum acies ordinata: sic in Latino: in Græco sic, οὐαβός ὡς περιγγάλεω, hoc est, pauor sicut ordi-

q. iij

natae

natæ, sc. acies; In Hebræo aut̄ sic. Terribilis sicut uexillatæ acies, & castra. Et sensus est, quod catholica Romana Ecclesia non solum est pulchra sicut Thirsa, & sicut prima Hierusalem, uerum etiam est & terribilis, & timenda suis inimicis, sicut uexillatæ acies: quæ ex quo unum habet uexillum, & unum ducem, quem sequuntur, sunt unanimes, & unius propositi, ac uoluntatis, & prepterea terribiles, & inimicis suis formidolæ, sic & Romana catholica Ecclesia sub uno uexillo Christi, & unico duce suo Romano Pontifice militans: qui pastor, & dux est acierū, i. oīm Ecclesiariū Mūdi, est suis inimicis terribilis, & timida. Auerte oculos tuos à me, q̄a ipsi me auolare fecerūt; ita in utraq; trāslatione. In Hebræo autē sic: Auerte oculos tuos à me, quia ipsi præualuerunt in me. Hoc dicit, significās se ex aspectu Spōsæ tanto amore affici, ut impatiēs amoris eam amplius intueri nequeat. Propterea ut quantū Ecclesiā suā Catholicam Romanam amaret, & amaturus esset, ostēderet, inquit, ad ipsam sic. Auerte oculos tuos à me, quia ipsi præualuerunt, & fortificati sunt in me, ita subaudi, ut eos respicientes in me pati nequeam. Post hæc uero more amantium incipit describere pulcherrimam formam suæ Spōsæ Romanæ Catholicæ Ecclesiæ. Et ad eius unitatem, & fortitudinē contra inimicos, quas uirtutes ei in primis præ ueteri Hierusalem tribuit, addit & omnes alias uirtutes: omniaq; alia ornamēta, quæ supra eidem ueteri Hierusalem tribuerat. Ex qua quidē repetitiōe uerborum, manifestum est, de noua hæc dici

Hierusalem

Hierusalem catholica Ecclesia, & non de ueteri, quā super eisdē specialiter uerbis cōmendauerat. Dicit itaq; (ut supra dixerat) sic: Capillus tuus sicut gregis caprarū, quæ pœxæ sunt de Gilhad, hoc est, Capillus tuus nitidissimus, & pulcherrimus, qualis est capillus gregis caprarum, quæ descendunt de monte Gilhad, & allegoricè per capillum Sponsæ intelligit singulos etiam minimos de Ecclesia, quorum capilli capitū numerati sunt apud Deum. Dentes tui sicut greges ouium, quæ ascenderunt de Iauacro, omnes gemellis foctibus, & sterilis non est in eis: Sic in oībus tribus linguis, nisi quia pro sicut greges ouiuī, in Hebræo habetur, sicut grex ouiuī, & pro sterilis, nō est, orbata non in eis. Dentes tui sicut grex ouium, hoc est, cādidi, & eiusdem moderatae aequalitatis sicut grex ouium: quæ ascenderunt de Iauacro, hoc maxime pertinet ad candorē, & pulchritudinē eaurum ouiuī, quæ omnes pariētes gemellos, hoc est, aequalis, & eiusdem staturæ. Ex eo enim, q̄ matres sunt gemellorū, datur intelligi, q̄ & ipsæ fuerint gemellæ. Et orbata nō in eis, hoc est, & nō est inter eas aliqua cū defectu. Dentes tui sicut grex ouiuī: Allegoricè per dentes Sponsæ intelligit fortissimos, & primarios Ecclesiæ, q̄s potissimum designat per gregē ouiuī, & non per gregem aliorum fortiorū animaliū. Ad significandum eos uiros esse similes ouibus, nō solum per dentes, sed & per oēs alias partes, quæ totæ laudabiles, & utilis sunt ad ministerium domus Dei. Nam lana ouis necessaria fuit ad conficiendum hyacinthinum uelum Tabernaculi. Caro eius

eius ad Sacrificia. Cornua ad sonandum, & conuocandum populu. Loco quoru in catholica Ecclesia successe rūt Tintinnabula. Tibiae ad musica instrumēta cōficiēda in tēplo. Viscera ad cōficiēdas citharas. Et pellis earū ad cōficiendū Tympana. Vnde recte Scriptura dente Spōsæ assimilat gregi ouiu, & nō aliorū animaliū. Gentes aut, quæ ignorāt Deū Israēl, tanq improbas, & inutiles assimilat s̄aepē ipsiſ canibus: quorū mēbra nulli usui sunt. Sicut cortex malī punici, genæ tuæ absq occultis tuis. Ita in utrāq lingua, præterq qd' in Græco pro absq occultis tuis, habetur sic, ἐπειδή τῆς σωμάτου σα, hoc est, exira silētiū tuū. In Hebræo aut sic, sicut frustū malī granati tempus tuū de intra crinē tuū, siue uelum tuū. Sicut frustū malī granati, qd' s. à parte exteriori est rubru, & in interiori plenū multis dulcibus granis. Vñ p̄tēpus Spōsæ qd' hebraicē dicit raccah, hoc est, uacuū scilicet carne, Allegoricē signat etiā minimā, & inanem partē filiorū Sponsæ debere esse plenos multis meritis sicut malū granatū est plenū multis granis fructus sui. Sexaginta sunt Reginæ & octo שׁוֹרְשִׁים תְּמָה מַלְכָוֹת Concubinae, & Adolescentularum non est numerus. Una ipfa Columba mea, perfecta mea, קְנִיאָה יְצֻפֵּת חֲתָתָה אֶחָתָה una ipsa matri suæ. Electa ipsa קְנִיאָה לְאַמְתָּה בְּרָתָה genitrici suæ, Viderunt ipsam filie קְלִילָה נָאָתָה בְּנָוָתָה & beatificauerūt eam reginæ, וַיַּאֲשִׁירָה מַלְכָוֹת יְמִינָה וַיַּחֲלִילָה שִׁבְעָתָה & concubinae, & laudauerunt eam.

Sexaginta

SEXAGINTA sunt Reginæ & octoginta Cōcubinæ & adolescentularum non est numerus. Ita in omnibus tribus linguis. Posteaq Spōsus Christus multis laudibus extulit suam dilectā Catholicam Romanam Ecclesiam: & primum egit ab egregia eius forma, & uenustate generaliter. Deinde ab eius terribilitate contra inimicos: & postea specialiter à pulchritudine suorū mēbrorū. Cōparauitq eā pulcherrimis ciuitatibus Thirlæ, & Hierusalē. Nunc pergit laudare eā, & de animi eius pulchritudine, & integra, ac perfecta in se Spōsum fide, & charitate. Idq facit maximè præferendo eam Synagogæ, & omnibus animabus, quæ à principio ipsi Sponso per fidem, & amore adhæserunt, dicens: Sexaginta sunt Reginæ, &c. Sēsus est. Animæ, quas uehementer dilexit Christus à principio ut Spōsas, & legitimas cōiuges, & reginas: ex quibus constituta est Synagoga, fuerunt sexaginta numero. Et rursus nationes, quas Christus non ut legitimas Sponsas, sed ut concubinas dilexit, sunt octoginta. Et per sexaginta Reginas intelligit primū patrē omniū iustorum, & amicorum Dei Abraā: & deinde omnes qui de fēmore ipsius Abraæ processerunt, qui fuerūt sexaginta numero. Et computatur sic, Abraam, & filij eius, quos suscepit ex Chetura sexdecim. Ismael, quem genuit ex Agar, & filij eius tresdecim. Isaac, quem genuit ex Sarah, & filij eius tres. Filij Jacob duodecim, Filij Esau (ut habetur Paralip. i. cap.) sexdecim. Ecce sexaginta. Per octoginta Concubias uero intelligit Noë, & filios eius

eius, & oēs generationes, quæ à diluvio usq; ad Abraā ab ipso Noë, & filiis eius ortæ sunt. Quorum generatōnes fuerūt octoginta: quæ non tantū dilectæ à Deo, quantū generationes Abraæ, Concubinæ uocātur metaphoricè à Scriptura. Et Adolescentularum nō est numerus, hoc est, & aliarū familiarū, & generationū, quæ non accesserunt ad amorem Reginarum: necq; Concupinarum. Et istæ fuerūt omnes generationes gentium, quæ ortæ sunt à sexdecim prædictis gñationibus Esau, usq; ad aduentum Christi Messiae. Quæquidem generationes (ut diximus suprà) dictæ sunt Adolescentulæ. Ex quo immaturæ uiro non cognouerunt ipsum sponsum Christum, usq; ad aduentum eius. In quo quidem aduētu factæ iam maturæ uiro per maximā earū fidē, & charitatem, meruerunt ipsi Sponso Christo nubere, & in amore, & dignitate etiam ipsis reginis præferri, & Catholicam uniuersalē Ecclesiā ipsa Synagoga longe præstantiorē charioreq; ipsi Sponso cōstituere, quod satis apertè indicat hic Sponsus per ea quæ subiungit, dicens: Vna est coluba mea, perfecta mea, una est matris suæ, electa genitrici suæ. Ita in archetypo hebraico, & utraq; translatione. Vna est columba mea, quasi diceret, et si sexaginta fuerint Reginæ à me admodum ut legitimæ Sponsæ dilectæ: & octoginta cōcubinæ. Nil hilominus unā est nūc Regina catholica Romana Ecclesia, quā unicè, & magis omnibus alijs, & reginis, & cōcubinis diligo. Et uocat eā columbam, & perfectam Columbam, quia sicut Coluba non nisi proprio adhæ-

ret

ret uiro, & nunq; alieno: sic & Romana Ecclesia nunq; Dijs alienis, aut improbisimis hæreticis adhæsit. Et uocat eam insuper perfectam, scilicet in amore, & charitate erga se Sponsum: quod martyrio, & sanguine tot millium martyrum, qui ultro pro Christo se se in acerbissimos cruciatus, & horrēda supplicia, & mortē obiecerunt, satis comprobatum est. Vna est matris suæ electæ genitrici suæ. Vna est, s. Catholica uniuersalis Ecclesia matris suæ Hierusalem, quæ est eius mater, ex quo ei, ut filia successit in sempiterna Sponsi Christi hæreditate. Insuper & in primatu, & dignitate. Vnica enim est Christi catholica Romana Ecclesia: quæ est mater cōmuni omnī fidelī, & nō plures Ecclesiæ. Et unus pastor totius orbis Christiani Romanus Pōtifex: & nō plures Pastores, Soli enim Petro transiturus Christus ad Patrem cōmendauit suas oues, Ioānis cap. 21, dicens Simon Ioannis, diligis me plus his? Dicit ei etiam domine scis quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos. Dicit ei iterum, Simon Ioannis, Diligis me? Ait illi, etiā domine: tu scis quia amo te. Dicit ei iterum, Pasce agnos meos. Dicit ei tertio, Simon Ioannis amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio amas me, & dixit ei, Dñe tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce oues meas. Ex his manifestū quidē est solū Petrum esse cōstitutū à Dño Pastorē suarū ouiū, ac proinde oēs oues Christi quæ sunt in uniuerso mūndo esse sub cura & regimē solus Romani Pōtificis legitimi & indubitate successoris Petri, Cui insup soli ex oībus Apostolis

r ij tradidit

tradidit Christus & claves regni cœlorū : Cum respōdens ad eum dixit : Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est : & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & sup hāc Petrā ædificabo Ecclesiā meā. Et portæ inferiōnō præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claves regni cœlorum : & quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis : & quodcunq; solueris super terrā, erit solutum & in cœlis. Matthæi cap. 19. Electa genitrici suæ. Electa, scilicet Romana Ecclesia à Spōso suo Christo & super Petrum Petram ædificata. Genitrici suæ, scilicet Ecclesiæ Hierosolymitanæ cui, ut filia successit. Viderunt eam filiæ Sion, & beatissimā prædicauerūt, Reginæ & Concubinæ, & laudauerunt eam. Ita in Latino, in quo abūdat particula Sion, quod perspici potest maximè per Græcum interpretem, qui uerit sic, ἦν οστην τὴν θυγατέρες, οἵ τινες μακαρίσται, τοιτὶ μαρτύρια, τοιτὶ βασιλιάται, οἵ τινες παλλαγές, οὐνέστατι, τοιτὶ, hoc est, Viderunt eam filiæ, & beatificabūt eam, Reginæ & Concubinæ laudabunt eam. Et similiter in archetypo Hebræo. Viderunt eam filiæ, & beatificauerunt eam. Viderunt eam tempus præteritum pro profuturo uidebunt : more prophetico, hoc est, uidebūt eam Romanam Ecclesiam filiæ inebriatam. scilicet amore & sanguine Iesu Christi. Et beatissimā dicent eā. Et hoc fuit maximè in principio nascentis fidei, quando Petro & Paulo Apostolis prædicatibus in urbe Roma Christum crucifixum, tantus in breuifactus est credentium Romanorum numerus, tantaç; proinde mox pro ea confessione

fessione Christi sequuta est eosdē Romanos ab immānissimo Nerone imperatore persequutio, tanta ruina, tantaç; strages, ut fama Romanorū pro Christo ultro ac sponte occisorū increbresceret per uniuersum mundum. Quāobrem idē Paulus Apostolus Doctor Gentium, sentiens se admodum à talī ac tanta fama Romanorum martyriū Christi adiutū ad propagationē Euagelij, qđ prædicabat, scribens ad eosdē Romanos postea sic īq̄t. Gratias ago Deo meo p̄ Iesum Christū, quia fides uestra annunciaſ in uniuerso mūdo. Vnde nō mirum, si meruit apud Christū Dñm fides Romanorum Petrū ipsum principē Apostolorū habere pastore : ut p̄ eius cathedram oēs Ecclesiæ Mūdi Romanā Ecclesiam matrē suā esse agnoscerēt : sicut factū est à principio fidei ab omnibus nationibus mundi, & in primis à natione Germanorū, qui summos Romanos p̄tifices, à quibus ad fidē Christi uocati, & ad oues eius aggregati sunt, semper coluerūt. Et si his temporibus dederint maculā in gloria sua, hoc est ergo (ut ad rem redēmus) quod dicit Sponsus Christus, uiderūt eā Filiae, & beatissimā prædicauerūt, & Reginæ, & Concubinæ, & laudauerunt eā. Et Reginæ, hoc est, & filiæ Reginarū, id est, & animæ, quæ ex semine Abraæ: Cōcubinæ, i. animæ, quæ ex generationibus Noë, hoc est, & Hebræi, & Gētes, ex quibus simul cōgregata est catholica Ecclesia, laudauerunt pro laudabūt eam Romanā Ecclesiā, quod completū esse cōspicimus à mille & quingenitis ferme annis, quibus totus Christianus orbis Roma-

num Pontificē ut numē quoddā uenerās nō nisi Papā, quæ admirationis, & stuporis est utriusq; linguae particula, appellat, & ut Christi, & Petri uices gerentē suscipit, & admiratur, Romanāq; Ecclesiā frequentat, & propter beatissima Petri principis Apostolorū, & Pauli Doctoris Gentium ossa uenerat, & colit. Vnde & supiore anno tēpore felicis memoriae Adriani. vi. Pontificis maximi, ut etiā q̄ notissima sunt, referamus: uidimus nūcios missos ex Syria à mōte Libano à reuerēdo domino Petro Patriarcha Antioceno, totaç; natōe Maronitarū ī hāc urbē Romā cū epistolis literis Chaldaicis cōscriptis ad summū Romanū Pontificē: quibus in Latinū uersis difficile dictu eēt, quātope idē Patriarcha, totusq; clerus, & populus eius Maronitarū sese lūmo Romano Pōtifici submittebat: assuerās se nō cognoscere: nec habere aliū superiorē, neq; aliū patrē, & dñm in terris, nisi solū Romanū Pontificē: quē firmiter se dicebat credere esse legitimū, & uerū Petri Principis Apostolorū successore, uerūq; totius gregis Christi pastore. Operē preciū est etiā cōmemorare, quādō in hoc incidimus, ea quæ ego illos duos nūcios (cū quibus ob Chaldaicā, quam illi maximē callebant linguā, magna mihi fuit familiaritas) memini me interrogare, quæ nā scilicet fuit necessitas, quæ illos impulit, ut hoc potissimum tēpore cū tāto suā salutis discrimine, tātoq; labore, & sumptu de extremis partibus Syriae à monte Libano Romā uenirent, maximē cū non multō ante primo anno. s. felicis memoriae, Leonis. x. & alij nūcij ab eodē

Patriarcha

Patriarcha missi uenissent, & obedientiam eidem Romano summo Pōtifici praestitissent. Ad quod illi sic respondebant. Patriarcham senio iam confectum propediem moriturum, misisse eos in hāc urbem Romam ad eūdem sumnum Romanum Pontificem, pro sola eius benedictione impetranda. Quod ita esse postea oculata fide conspexi. Nam praestita per eos de more obedientia summo Pōtifici Adriano. vi. nihil aliud ab eo, nisi litteras, quibus Patriarcham ipsum Antiocenū, & eius clerum, populumq; suum Maronitarum benedicaret, habere procurauerunt: quibus habitis, tanq; magno acquisito thesauro, mox ex urbe profecti sunt festinantes ad dominū suum Patriarcham, ut eiusdē summi Romani Pontificis benedictionē anteq; diem suum clauderet, ei denūciarent, in qua ille maximā suā salutis spem repositam haberet. Sed de his hactenus.

מִי־זֶה מִנְשָׁקֶת בְּמַתְּחֵרֶת בְּלֹבֶן
שְׁמַרְתָּךְ אֶלְעָזָר בְּלֹבֶן
בְּלֹה בְּחֵרָה אֶלְעָזָר בְּלֹבֶן
בְּנָגְלוֹת :

Q VAE est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens. Ita in utraq; trālatione. In Hebræo aut sic: Quæ est ista quæ desursum respicit sicut Aurora? Quæ est ista. Hæc respondent ad ea quæ dixit supra. Viderunt eam filiæ, & beatissimam prædicauerunt, & ob magnam admirationē, & stupore gloriæ matris earū, subaudi, dixerūt. Quæ est ista, quæ de sursum respicit sicut Aurora, pulchra ut Luna, electa ut Sol, & reliqua

& reliqua. Cōparant filiæ matrē Romanā apostolicam Ecclesiā tribus magnis luminarib⁹ Aurora&. & Lunæ,& Soli. Et primū cōparat ipsam Aurora, q̄a sicut aurora in tpe matutino nō magnū, lucetissimū tñ, ac ab oībus nubeculis expeditissimū dat lumē. Sic & catholica uniuersalis Ecclesia in príncipio fidei incipiēs tunc primum elucere, non maximum, at satis clarū tamen præstabat Mundo fidei Iesu Christi lumen, ita ut Apostolus Paulus gratias agens Deo de fide Romanorum, scribēs ad eosdem diceret, Prímū quidem gratias ago Deo meo per Iesum Christū pro omnibus uobis, quia fides uestra annūciat in uniuerso mundo. Deinde cōparat filiæ matrē suā Catholicā Ecclesiā ipsi Lunæ: unde significat incremētū, qđ mox accepit Ecclesia, q̄ i principio illucescēs sicut aurora, postea propagata in omnē terrā, cōcepit lucere sicut Luna, nō tñ sicut Sol, q̄ auroræ immediatè succedit, sed ordine præpostero sicut Luna, & tertio loco(ut dicemus) lucebit sicut Sol. Et recte, ac uerè cōparatur uniuersalis catholica Ecclesia ipsi Lunæ in suo statu longè, lateq; ppagato, quia sicut luna lumē non habet ex se, sed accipit illud à Sole: Sic Ecclesia lumen nō habens ex se, accipit illud à uero sole Iesu Christo. Et sicut interdū Luna p aliqd' interpositū impedimentum nō illuminata à Sole obscurat, sic & Ecclesia s̄a per impedimenta peccatorum non illuminata à Christo remanet obscura, & sinē lumine. Item ut Luna s̄a obducta nubeculis, nō dare pōt lumen suū. Sic & Ecclesia s̄a obducta nubeculis Hæreticorū, non dare potest

potest omnibus lumē suū. Itē ut Luna p singulos mēses deficiēs innouat, sic & Ecclesia s̄a cōculata ab hæreticis, & prauissimis filiorū eius moribus, postea instauratur. Electa sicut Sol. Cōpara terti⁹ loco Ecclesia maximo luminari Solis, ad significādū statū Ecclesiæ ultimum. Cū superatis oībus & Tyrānorū, & Hæreticorū psequitionibus lucebit p totū mundū, nō amplius sicut Luna luminare minus, sed sicut Sol luminare maius, & tūc per magnū lumē eius fiet(ut ipse dñs dixit) unū ouile, & unus Pastor. Terribilis ut castrorū acies ordinata. Ita in Latino, in Græco aut̄ sic, θέατρον τετράγωνον, hoc est, stupor sicut instructæ, s. acies. In Hebræo autē sic, Terribilis ut uexillatæ, s. acies, quia sicut Luna, hoc tpe est Ecclesia subditā defectibus. In quos p multiplices, quos habet inimicos, s̄a pissime incurrit. Propterea subdit Scriptura, afferens Ecclesiā posse superare, & uincere oēs defectus oēscq; suos inimicos, ex quo terribilis ut uexillatæ, atq; instructæ acies, q̄ sub unico militates uexillo, unicoq; duce, quē unanimiter sequunt̄, terribiles ac formidolosæ sunt suis inimicis: Sic & catholica Ecclesia sub uno militans uexillo crucis, unoq; duce, ac p a store Romano Pontifice, est inimicis suis terribilis, & formidolosa, sicut castrorū acies uexillatæ, atq; ordinatae. Et recte uereq; instructis aciebus cōtra multiplices inimicos militantē Scriptura hic catholicā cōparat Ecclesiā. Ex quo sicut nō uincūt acies, quæ diuisæ sunt inter, & nō unū sequunt̄ uexillū, unūq; Imperatorem; Sic nō uicit catholica uniuersalis Ecclesia, & uisibles, & inuisibles

uisibiles, quos habet inimicos, nisi sub uno militauerit uexillo crucis, unoq; Pastore summo Romano Pontifice, ex quo patet quanta est recentium Lutheranorum Hæreticorum prauitas, atq; peruersitas, qui ab ordinatis, instructisq; per Christum aciebus Ecclesiæ suæ Petrum eius principem, atq; pastorem, fuosq; successores excludere studentes, ipsas acies Christi ordinatas perturbant, atq; dissoluunt: easq; acephalas, id est, sinè capite constituentes, ad dissidium, prædam, atq; escam inimicorum obſciunt. Propterea & iniquissimi sunt, & non intelligentes scripturas, cæci, & duces cæcorum.

Ad hortū nucis descēdi, ad uidēdū לְרֹאַת בָּאֵבִי חַנְחָלָה fructus cōuallis, ad uidendū si floruit uitis, gēmauerūt mala granata. לְרֹאַת תְּפִרְחָה הַגְּפַנְדָּה. Nō noui anima mea, posuit me הַמְּבָאָרֶת תְּרִזְבָּחָת quadrigas populi principis. Reuertere, reuertere Hassulammith, מְרוּכָּה עַמְּנִי נְרִיב שׁוֹבֵבְתְּשִׁילְמָה reuertere, reuertere, & respicie= שׁוֹבֵבְתְּשִׁילְמָה שְׂמִינִי שְׂמִינִי וְתִזְמָה קְבָּה mus in te.

D E S C E N D I in hortum Nucum, ut uiderem posse conuallium: Ita in utraq; translatione in ſenſu: In Hebræo autem ſic. Ad hortum Nucis descendit, ad uidendum fructus conuallis, ſi floruit uitis & gemmauerunt mala granata. Descendi in hortū Nucis. Verba ſunt Christi Sponsi, & respondent ad id qd; ſuprā dixerat. Veni in hortum meū ſoror mea Spōſa, collegi

collegi Myrrham meā cum aromate meo: ſic & nunc inquit: Ad hortum Nucis descendit. Et dicit descendit præteritum pro futuro: Descendam in hortum Nucis, hoc est, in populum meum Israeliticum, quē Metaphoricè appellat hortum, ex quo ſicut in horto plantantur arbores ad fructificandum: ſic & nos plantati ſumus in domo Domini in Ecclesia eius ad producēdum fructus. Vnde dicit Scriptura: Omnis arbor non faciens fructum excidetur, & in ignem mittetur, & reliqua. Et perquām propriè, & eleganter appellat hortum Nucis, & non alterius arboris, ex quo fructus Nucis ualde ſimilem cum fructu Ecclesiæ & cuiuslibet animæ habet naturam: Nam ſicut fructus Nucis mira quadam arte reconditus intra prædurū corticem nō ſeſe oſtentat, & statim omnibus offert, ut fructus cæterarum arborum, ſic & fructus Ecclesiæ, & uniuersuſq; fidelis non patens, & in propatulo eſt, ſed absconditus, & foli Deo cognitus. Præterea affimilatur fructus Christianorum potiſſimum Nucibus, & non aliarum arborū fructibus. Ex quo ſicut fructus Nucis per ſuum corticem, quo tegitur cum ab arbore cadit ſupra lutum, nō ſcedatur. Sic & fructus fideliū per Spīritū sanctū, quo cuſtodiſ nullis ſordibus inquinatur. Ad hortū Nucis descendit ad uidendū fructus conuallis. Fructus conuallis, hoc eſt, eiusdē horti, q; eſt in conualle, i. in hoc Mūdo, qui dicitur lachrymarū uallis. Si floruit uitis, ſi gemmauerunt mala granata, ſi floruit uitis, hoc eſt, ſi Sacerdotes Allegorice, & Leuitæ floruerūt, & fructum produ-

cere cæperunt. Si gemmauerūt mala granata, hoc est, & si alij de populo gemmas dare incæperunt. Nesciuī, siue (ut in Hebræo) Nō noui. Cum dixisset Sponsus Christus se descēdisse in hortū, i. in domū Israhel, ad uidentū fructus eius. Respōdet Spōsa dicēs, Nesciuī, s. te Christū Spōsum descendisse ad me in hortū. Hoc spēstat maximē ad illud Euāgelicū uerbum, qđ dixit dñs ipsi Spōsa, cū uenisset ad eā : Quia si & tu cognouisses t̄ps uisitationis tuæ, &c. Aīa mea cōturbauit me ppter quadrigas Amīnādab, ita in Latino. In Græco sic: ἦν τούτη οὐκέτι μετέξεισαται ἀμύνεσθαι, hoc est, Aīa mea posuit me quadrigas Aminadab. In Hebræo aut̄ sic. Aīa mea posuit me quadrigas populi principis. Hāmī nadab enim duæ Hebraicæ dictiones sunt, q̄s & Græcus, & Latinus interpres putātes esse unā, & ppriū nomen alicuius hoīs, nō uerterūt: Nos aut̄ uertimus populi principis. Et sensus est scđm Rab. Selomonē in suis cōmētarijs. Anima mea, hoc est, iniqua & puerſa mea uolūtas posuit me q̄drigas populi principis, hoc est, ipsarū gentiū. Et sic etiā & nos exponimus, q̄a cū nō cognouisset Spōsa (ut ipsa dixit) uisitationē suā, hoc est, Spōsum suū Christū, q̄ ad īpam uisitādā descēdit, aīa sua, hoc ē, puerſa, & iniq̄ eius uolūtate eū negādo, & occidēdo eū posuit seip̄sam qđrīgas, & sellā, hoc est, subditā pp̄lī principis, s. Romani, cū dixit: Nō habemus Regēnisi Cæsarē. Reuertere, reuertere Sunamitis, Reuertere, reuertere, ut intueamur te. Ita ī utraq̄ trāslatione. Et siīr in Hebræo: nisi q̄a pro Sunamitis, qđ corruptū est ī utraq̄ lingua, ī archetypo extat

extat sic hassulāmith. Et p̄ ut intueamur te, in Hebræo est, & respiciemus in te. Reuertere reuertere hassulāmith, &c. Cū dixisset Sponsa Synagoga prophetās qđ futurū erat, se sua iniqua uoluntate, nō nouisse uisitationem suā, & Christū Sponsum uisitantē, & sic negando, & occidendo ip̄lum Christū posuisse & subiugasse se ipsam in sellā & quadrigas populi principis, hoc est, in ruinā & perpetuā præsentē Romanā eius captiuitatē. Ad hāc respōdens Spōsus Christus, & ipse prophetat, hoc est, prædicit uerba, quæ in aduētu suo quotidie in tēplo prædicās, & se Christū Mēsiā esse asserēs, & opib⁹ cōprobās, ad Spōsam ipsam erat clamaturus, dicēs: Reuertere, reuertere ad me, s. ex iniquissima ptinacissima q̄ tua rebellione, hassulāmith, reuertere, reuertere, & respiciemus in te, i. & parcemus tibi. Hāc sunt uerba q̄ p̄ tres annos cū dimidio prædicās Christus ad eandem Spōsam Synagogam clamabat. Vnde ex quater inculcata repetitione uerbi reuertere, facile perspici p̄t: quāto studio, quātoue affectu conatus est Christus reuocare Spōsam suā gentē Israeliticā à ptinacissima eius rebellionē, p̄mittendo ei ueniā peccatorū, inferēdo & respiciemus in te. At illa indurata, & in sua ptinacia perseverans ad hāc respondebat sicut sequit̄ inferius. Hic est sensus prædictorū uerborū: Nunc operæpreciū est, discutere p̄dicta uerba, & in primis uerbū hassulāmith, qđ & in Latino, & ī Græco corruptē legitur Sunamitis. Vnde Nico. de Lyra turpiter lapsus est, dicēs, hassulāmith, q̄ noīe appellat hic Synagoga Spōsa, dīci à cīs ij uitate

uitate noſe Suna, qđ falsum eſt. Nam eſi à ciuitate Su-
nem, in qua (ut ipſe inquit) ſæpe hospitabatur Heliseus
dicta eſt Sunamitis mulier illa quæ eundē Heliseū ho-
ſpicio recipe cōſueuerat. Itē & puella Abifag quæ ad-
ducta fuit ad Regē Dauid, ad calefaciendū ipſum in ſua
ſenectute: Non propterea uerū eſt, quod ipſe dicit &
haffulammith, de qua agit̄ hic: deduci ſimiliter ab eo-
dem nomine ciuitatis Suna. Quia eſi in Latina trāſ-
latione non fiaſ differentia in Scriptura inter tres iſtas
Sunamites mulieres: In Hebræo tamē multū inter eas
interest, quia prædictæ duæ mulieres hospitaſ. Heliseit
& Puella Dauid. Scribitur, ſic, Sunamitis, per n, hæc
uerò de qua agitur hic, scribitur per I, ſic Sulamita, &
propterea demiror Nicolaum de Lyra non reſpexiſſe
in Hebræo hanc diſſerētiā, ex qua liquidò cōſtat hoc
nomē Sulamith eſſe lōgè diuerſum à prædictis: De-
ducitur enim hoc ſecundū Doctū Rab. Abraā Aben-
ezra in ſuis cōmentarijs non à ciuitate Suna, ut dictus
Nicolaus ſatis inconſideratē dixit: Sed, ab Hebraica
diſtione Salem, quod fuit pŕimum & ſimplex nomen
ipſius ciuitatis Hierusalem. Sic enim uocata eſt ea ciui-
tas in principio, quando in ea regnabat Melchizedech.
Vnde Scriptura Geneseos capite. 4. ait. Ad uerò Mel-
chizedech Rex Salem proferēs panem & uīnum (erat
enim Sacerdos Dei altissimi) benedixit ei, &c. Et rur-
ſus Dauid Psal. 76. afferēs hāc ciuitatē Salem elegiſſe
ſibi Deum in habitaculum ſuum, dixit: Et factus eſt in
pace locus eius: quæ uerba in Hebræo habentur ſic. Et
factus

factus eſt in Salē locus eius. Vnde Salē cū ſit propriū
nomen ipſius ciuitatis sanctæ, & ſi pacē ſignificet Laci-
nē: nō tamē debuit mutari. Ad hoc igitur nomine Sa-
lem ſecundum eundem Doctore Rabbi Abraam per
mutationem punctorū, ſcilicet Camez, qđ ſonat A, in
Vau: & аſſumpta terminatiōe foeminiñorū noīm iſti,
fit Sulamith: & аſſumpta litera He, notitiæ in prin-
cipio, fit haffulammith, id est, haffulammitha latine. i.
res ex Salem ciuitate, ſicut nos dicimus à Roma romana
ſcilicet, res. Hec eſt illa maxima ciuitas Salem, cui
poſtea ad denotandum, qđ per ipſam ciuitatem uifuris
eſſet mundus pacem apud Deū, à quo per peccatū pri-
mi parentis rebellando longè recesserat, additū fuit ei
uerbum Ieru, hoc eſt, uidebūt, & ſic dicta eſt Hierusalē,
hoc eſt, uidebūt pacē homines. ſ. apud Deū factā in ipſa
ciuitate per Christū, qui in ea pati uoluit pronobis. Ex
hiſ itaq; maniſtum eſt, Synagogam ipſam cōgrega-
tionem patrum Hebræorum denominatam fuifſe à
Hierusalem Metropoli, & matre ciuitate totius Israel.
Quæ (ut diximus) figura fuit nouæ Hierusalem urbis
Romæ, unde cum Synagoga, & congregatio patrū
Hebræorum denominata fuerit à Salem ſulamith,
meritò ergo & Ecclesia Christi denominatur à Roma
Romana: eūdem enim locū obtinuit urbs Roma pro-
pter Petrū Principē Apostolorū, qui in ea ſedit, uixit,
& paſſus eſt, quē obtinuit Salem, quæ poſtea & Hie-
rusalem apud patres Hebræos. Et ſi Ecclesia Romana
dicta eſt etiā Catholica, id eſt, uniuersalis. Ex quo totus
mundus

mundus, hoc est, oēs fideles qui eiusdē Ecclesiæ Romanae mēbra sunt, faciūt ipsam esse catholicā. Ex eo enim quia una est omniū Christianorū Romana Ecclesia, & nō plures Ecclesiæ, & unus tñ Pastor Petrus Apostolus & successores eius, & nō plures pastores: propterea Romana Ecclesia dicit Catholica, i. uniuersalis, & cōis oībus Christi fidelibus, sicut erat cōis, & uniuersalis Ecclesia Hierosolymitana oībus hebræis. Desināt igit̄ deſirare Lutherani hæretici, qui de directo contra ipsum Iesum Christū impudētissime nitētes, q̄ dixit ad Petrū, Tu es Petrus, & sup hāc petrā ædificabo Ecclesiā meā. ipsi tñ nō unā, sed infinitas propemodū Ecclesiæ cōfingunt: Et pari modo nō unū summū Pastore, sed infinitos: Et qđ maximē detestandū est, & cōmunionē fideliū tollunt, & unitatē, pro qua specialissimē passurus dñs Iesus orauit ad patrē loā, 17.ca. dicēs: Pater sancte serua eos in noīe tuo: quos dedisti mihi: ut sint unum, sicut & nos, & reliqua. Quā quidē Ecclesiæ unitatē ijde Hæretici prorsus dissoluere conātur. Nam qnæ unitas obsecro erit fidelū, si secundū eosdē improbissimos hæreticos quot sunt uillæ, & pagi in mūdo, tot sint principales Ecclesiæ: & si quot præbyteri, tot summi sacerdotes: & si quot capita, tot sententiæ in Ecclesia Dei: Quomodo ergo nō intelligunt insensati, & cæci Lutherani se cæcos, ac duces esse cæcorū. Nam si sic uoluisset Christus instituere Ecclesiā suā, ut ipsi falso cōminiscuntur, & fingūt, ut s. quot oppida & ciuitates sunt in Mūdo, tot essent principales Ecclesiæ, & quod Episcopi, & Presbyteri

Presbyteri, tot summi Sacerdotes, quare ergo ad solū Petrū dixit: Tu es Petrus, & super hāc Petrā ædificabo Ecclesiā meā, & nō simul oībus suis charissimis apostolis dixit, uos estis petræ, & super has petras ædificabo Ecclesiæ meas. Insuper & si omnes Apostoli pares sunt, & eandē habent singuli corū potestatē (ut ipsi falso asseuerāt,) quare sicut dixit ad solū Petrū, & tibi dabo claves regni coelorum, & quodcūq; ligaueris super terrā, erit ligatū & in cœlis, & quodcūq; solueris super terrā, erit solutū & in cœlis. Nō dixit oībus Apostoli tunc præsentibus, & uobis dabo claves regni coelorum, &c. Insuper interrogo istos perfidissimos homines Lutheranos Hæreticos, qui soli uidentur in Mūdo sapere! Quare cū iam cōfūmasset oīa dñs Iesus post resurrectionem suā trāsitus ad Patrē, & soli Petro præsentibus oībus alijs Apostolis cōmendauit oues suas tāto studio, & affectu, dicēs: Simon Ioannis diligis me plus his: dicit ei: Etiā dñe scis, quia amo te. Dicit ei, pasce agnos meos. Dicit ei iterū, Simon Ioannis diligis me: Ait illi. Etiā dñe tu scis, quia amo te. Dicit ei iterū, Pasce agnos meos. Dicit ei tertio, Simon Ioannis amas me: Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, amas me: Et dixit ei, Dñe tu omnia nosti, tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce oues meas. Hæc soli Petro dixit Dominus oībus alijs Apostolis tunc præsentibus. Quod si tātopere suas oues cōmendas esse uolebat Dñs, & oēs Apostolos æqualē cum Petro habere uolebat potestatē in Ecclesia sua, (sicut ista noua præclara ingenia recentiū Hæreticorū

reticorum contendunt,) quare non omnibus Apostolis, sed soli Petro signatissimè expræfissimeq; , cui & soli dederat claves regni cœlorum , suas oues cōmendauit Christus Dñs . At dicūt sub persona Petri intellexisse Dñm & oēs alios Apostolos. Hoc cōmentū tuū est ô Lutherane,& nō ex Euāgelio. Vnde obsecro habes tu, q; loquēs Dñs ad solū Petrū , loquebatur etiā & ad cæteros Apostolos & nīsi ex tuo abundāti,& falsissimo sensu. In quo in tuā perniciē , & sempiternū interitum tuū,& oīm, qui te sectant̄ abundas : An nō legisti illud sapientissimi Selomonis præceptū, qui Ecclesiastes cap. 30. terribiliter cōminatur,dicēs : Non addas quicq; uerbis illius , & arguaris,inueniarisq; mendax. Non mirū igitur si iuxta hanc Selomonis sententiam tu Lutherane addens ad uerba Christi,argueris ab omnibus sanæ mentis hominib; inuenirisq; palā mendax, & simpli- cium,& pauperum ouiū Christi seductor, & proditor. At Petrus rursus,inquis,nunq; uenit in urbē Romā , & in hoc palam mētiris ô Lutherane. Nam ex eo qđ non legitur in Actibus Apostolorū uenisse in urbē Romam Petru, ppter ea nō uenisse te īferre, hoc est falsissimū : Constat enim Euangelistas studentes breuitati prætermisſe gesta & ipsius dñi:dicente Ioāne : Et multa alia signa fecit Iesus,quæ nō sunt scripta in Libro hoc. Qđ si ipsius Domini res gestas prætermiserūt Euāgelistæ, quantò magis & ipsorum Apostolorum & Sed quæro à te Lutherane, si in urbem Romā(ut falso afferis) non uenit Petrus, neq; in ea passus est, ubinam gentium & terrarū

terrarum passus est Petrus & Assigna locum : nō enim potuit tantus homo , quem Christus unicè dilexit , & cui tradidit claves Regni cœlorum , cuiq; tanto stu- dio,& affectu commendauit suas oues , latere ī mun- do. Quia (ut Dominus ipse dixit) ubi fuerit corpus, illīc congregabuntur & Aquilæ . At dices mihi con- stare ex scriptis , & publica fama , Petrum sedisse in Anthiochia , quod & nos fatemur : Sed non constat aliquo pacto Petrum passum esse in Anthiochia , sed in urbe Roma . Quinimmo (ut diximus suprà) quod te maximè cōfundit, Patriarcha ipse Anthiochensis non nisi in hac urbe Roma , beatissima, & Pe- tri & Pauli ossa ueneratur , & Romanum Pontifi- cem ut legitimū & uerum Petri principis Aposto- lorum successorem , agnoscit & colit , & non seipsum Petri successorem profitetur. Ad hæc accedunt & alia certissima huius rei argumēta & signa. Et primū quod totus orbis Christianus una sentētia à mille & quingē- tis annis ferme,& in primis Germania ipsa tota beatissima ossa Petri & Pauli nō nisi in urbe Roma , ubi ad eorū passionis & martyrij memoriam duo ingētissima templā à Romanis Imperatoribus extructa sunt, colit & ueneratur. Deinde q; & oēs Scriptores & Græci & Latini Petrū & Paulū in urbe Roma passos fuisse tra- diderūt. Tertiō q; & Chaldei Syri, Anthiocheni, quorū aliq Petrū ab Anthiochia in urbē Romā sequuti sunt, de itinere & profectione Petri in Italā ad eandē urbem Romā, libros in eorū lingua Chaldaica conscripserunt,

t ij quorū

quorum aliquos & ego harum rerum ualde studiosus à dictis nūcijs Domini Patriarchæ Antioceni assequutus sum: Sed de his hactenus, redeamus nūc unde digres si sumus. Reuertere, reuertere hassulammith, &c. hæc uerba sunt Spōsi Christi quæ prophetat hic se dicturū in aduētu suo ad ipsam suam Sponsam Synagogā dīctam hebraicè hassulammith, quam nos latine dicere possumus Sulamitam, prætermissa prima syllaba, qui articulus emphaticus est, quo carent Latini: & si pro eo pessimum ponere (sicut mos est Latinis) pronomen demonstratiū ipsam. Et uocata est sic Synagoga ut diximus ab ipsa Salem Metropoli ciuitate, quæ postea dicta est Hierusalem, sicut Catholica Ecclesia à Romam citur Romana, quæ quidem Sponsa Synagoga quia in aduētu Christi ad eā, præuaricatura erat ab ipso Sponso Christo, propterea Christus hic prophetat, & prædicat uerba, quæ ad ipsam præuaricantē Sponsam in aduentu suo ad eam, erat clamaturus: Sicut ueniēs postea & prædicans ei per tres annos cum dimidio clamauit, dicens: Reuertere, reuertere hassulammith à tua præuaricatione s. ad me. O hassulammith reuertere, reuertere, & respiciemus in te reuertentem à tua pertinacissima rebellione. Et mirè ac signatissimè à numero singulari Sponsus Christus hic transit ad pluralem, dicens: Respiciemus in te, & hoc more suo facit ad denotandum pluralitatē ipsarum triū diuinarū personarū, quarum prius loquens in singulari unicam ostenderat esse substantiam.

Capitulum

CAPITULVM SEPTIMVM.

מה תחזה בשיילמיה המוחנים כמיהלה חמיינר בז מה יפה פשמיר בת נזיב ח בענלים חמיין ורבינה בפה ה תלאים מעשנה וויאטן:

Quid uidebis in Sunamite, nisi choros castrorum: Ita in Latino: In Græco aut sic, τί οὐδεὶς τοι εἰπειν ἔχομεν ως χόρῳ παρεμβολῶν, hoc est, Quid uidebitis in Sulamitide, quæ uadit ut herba castrorum. In archety po aut Hebræo sic: Quid uidebitis in hassulammith, sicut choros castrorum? Quid uidebitis, & reliqua, hæc uerba sunt Spōsæ hassulammith, quæ & iþa prophetat ea uerba supbiæ & incredulitatis, quæ est respōsura ad Christū sibi prædicantē, dices. Quid respicietis in hassulammith, & in hoc uerbo signat in Hebræo accētus zacheph caton, q uim habet intercidēdi, & suspēdēdi orationē parūper. Quid respicietis uerbū plenū arrogatiæ & contumaciæ, quasi diceret, nō est opus ut respiciatis in hassulammith. Et postea subiungit alia maioris contumaciæ & infidelitatis uerba, dicens, Sicut choros castrorum. Sensus est: Non est opus me amplius obtundas, dicens: Reuertere, reuertere hassulammith reuertere, reuertere, Sicut choros castrorum, hoc est, uolo ali quod signum à te de cœlo uidere. Sicut uidit Iacob patr̄ noster reuertens de domo Laban, choros castrorum, scilicet Angelorum. Sicut scriptū est in lege Geneseos

37. cap. ubi sic legitur. Jacob aut̄ abiit itinere quo cœperat, fueruntq; ei obuiā Angeli dei, quos cū uidisset, ait : Castra dei sunt hæc : Et appellauit nomē loci illius Maha naim. i. castra. De quorum quidem Angelorū occur rentiū Jacob patri nostro numero, diuersæ fuerunt inter doctos ueteres Hebræorū doctores opiniones: Alij enim dixerunt fuisse sexaginta ribbo, hoc est, sexages decem millia Angelorū, quæ sunt sex centa millia Angelorum. Alij uero dixerūt hos Angelos fuisse centum & uigitti ribbo, hoc est, duodecies centena millia angelorum. Vel respondebant Iudæi ad Christū, Sicut cho ros castrorū, hoc est, ostēde nobis illos choros angelico rum castrorū, quos uiderunt patres nostri in Mari ru bro. Hic est sensus prædictorū uerborū, sicut & euenit postea, ut scriptum est in Euangilio, Iudæos dixisse ad Christū, uolumus à te signum uidere. Quā pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia Principis : ita in utraq; translatione : In Hebræo autē sic. Quā pulchri fuerunt gressus tui cū calciamentis filia Principis. Ad dicta uer ba Synagogæ respōdens Christus, inquit, Quām pul chri fuerunt gressus tui cū calciamentis filia Principis. Sensus est, O filia principis Abraæ, q; pulchri fuerunt gressus tui hactenus, sc. cum calciamentis, & gressus tui, inquit, cū calciamētis, hoc est, gressus & pedes tui fuerūt hactenus parati & accincti cū calciamētis ad ambulan dum, & iter faciendum pro me in quascunq; asperas & longas uias, quasi diceret, accincta eras cū calciamētis in pedibus subire oīa aspera & aduersa, ppter me, & nunc

ita

ita cōtumax & proterua facta es cōtra me. Et uocauit eam filiā principis Abraæ, ut sic eius petulatiā & incre dulitatē quærēdo, signa magis confunderet. Cū Abraæ pater eius cū ei polliceret Deus semē in sua senectute ex Sara uxore senio iam cōfecta, & semen eius futurū sicut stellas cœli, nihil ī his hæsitauit, nec signū aliquod petijt, sed credidit, teste Scriptura, quæ Geneseos cap. 5. ait : Eduxitq; eū foras & ait illi. Suspice cœlum, & nu mera stellas, si potes, & dixit ei : Sic erit semen tuum, credidit Abraam Deo, & reputatum est illi ad iusti tiam. Quod autem per id quod dicit filia Principis, in telligit de Abraam : patet ex Scriptura, quæ appellat Abraam ipsum principem. Geneseos. 23. cap. Cum in quit, responderunt filij Heth, dicentes : Audi nos Domine, Princeps Dei es apud nos in electis sepul chris nostris sepeli mortuum tuum. Junctura feminum tuorum sicut monilia quæ fabricata sunt manu artificis, sic in Latino: in Græco autem sic, ἡνθυμοί μηρῶν στεφανοί ἔγινον ἐργαμ χειρῶν τεχνῆται hoc est, Numeri femorū tuo rum similes monilibus operū manū artificis : In He bræo autem sic. Vertebra femorum tuorum sicut pre ciosa, opus manuum artificis. Vertebra femorum tuo rum, &c. Posteaq; incæpit Sponsus laudare Sponsam à gressibus cum calciamentis, ut pari referret, hoc est, ut ipse Sponsus uicissim laudaret ipsam Sponsam ab omnibus suis membris, quemadmodum ipse fuerat supra ab ipsa Sponsa de omnibus suis membris lauda tus; Pergit nunc laudare ipsam de cæteris eius mēbris.

Et mirū

Et mirū q̄ cūm Sponsa laudauit ipsum Sponsum de oībus suis mēbris incēpit à capite, dicens : Caput eius aurū optimū, & reliqua; & descēdit laudādo eius membra usq̄ ad tibias. Spōsus uero nūc econtra laudaturus Sponsam de eius pulcherrimis mēbris, incipit à pedibus, & pcedit laudando usq̄ ad caput. Et ratio utriusq; ordinis est secundū doctores : quia ex quo intentio Sponsæ erat de summo cœlo deducere Sponsum ad se : propterea incēpit à capite, & descēdit laudādo usq̄ ad tibias : Rursus quia intētio Spōsi ecōtra erat ab ima terra exaltare Sponsam suā sursum ad summū ccelū, propterea laudans eā incēpit ab infima parte: & ascendens laudādo processurus est usq̄ ad caput, ut dicetur. Propterea cū laudasset suprà gressus Spōsæ, dices : Quām pulchri fuerūt gressus tui cū calciamētis, &c. nūc infert dices: Vertebra femorū tuorū siue circuitus, sicut preciosa appositiuē, opus manuū artificis. Vertebra femorum. Laudaturus singula membra Sponsæ nō prætermittit laudare eius femora more amantiū, sed laudat ea comparans illa rebus preciosis. Vnde appareat laudare Sponsam de summa eius honestate : Ex quo dicit: circuitus coxarum eius esse sicut preciosas. s. res, hoc est, Sponsam semper tenere eius femora uelata & cooperata, & ad nullam ea exponere turpitudinē & lasciuiam, quemadmodum preciosæ res semper tenentur cooperatae & uelatae ob earum preciositatē. Item laudat ea ab eorum artifice qui est ipse Deus, dicens, opus manuum artificis. i. ipsius Dei, qui est summus artifex.

Vmbilicus

Vmbilicus tuus crater Lunæ non deficiet potionē. Venter tuus aceruustritici círcū septus uiolis. Duo ubera tua sicut duo hinnuli gemelli Capreæ. Collum tuum sicut turris eboris. Oculi tui fontes in Hesbon ad portam filiæ multitudinis.

Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquā indigēs polulis; sic in utraq; translatione: In Hebræo autē sic: Vmbilicus tuus crater Lunæ, nō deficiet potionē. Pergit Spōsus ut cœpit laudare singula mēbra suæ spōsæ: & semp ascēdens laudat nūc eius umbilicum: quem laudans alsimilat crateri Lunæ, hoc est crateri Lunari, id est, rotūdo ad similitudinē Luuæ. Hasachar enim Hebrai cū qd' uterq; interpres uertit tornatili, ut inquit Rabbi Abraam Abenezra, Chaldaicū est, & significat idem qd' Iareah Hebraicū, id est Luna Latinè: quæ cūm est plena, est rotūda. Vnde ex eo qd' dicit Vmbilicus tuus crater Lunæ, uult dicere, Vmbilicus tuus est sicut crater Lunæ, id est, similis crateri, qui factus est ad similitudinē Lunæ plenæ, hec est, rotūdus & plenus sicut Luna: quæ cūm est rotūda, est plena: Ad quē quidē craterē plenū sicut Luna cōparās umbilicū Sponsæ, uult dicere ipsum esse semper plenum & fœcundum. Cæterum quia Luna cūm plena est, exinde tendit in defectum: propterea ne idē intelligeremus & de craterē: & idem

u per conse

שְׁרוּבָה אֵין מִסְתַּר
אֶל-עֲמֹקָה תְּפִירָה בְּטֻמָּה
שְׁרֵבָה חֲלִים סְוָנָה
בְּשָׂוְשָׁנִים/שְׁנִין שְׁרִירָה
בְּשָׁגָן עֲפָרִים פָּאָמָרָה
אַלְמָחָה/צְוָנָה בְּמַעַדְלָה
חַשְׁן שְׁוֹרָה בְּרִבּוֹת כְּ
קְרָנְשָׁבָן עַל-שָׁעָלָה
פָּתָח-לְבָרִים :

per consequens de umbilico Sponsæ, q̄ aliquo tempore scilicet & ipse sicut Luna incidet in defectum, ita ut nō sit plenus & exuberans potione, sed sit sterilis & infœcundus: propterea remouēs hoc Scriptura, subiungit, dicens: Nō deficit potionē, hoc est, qui crater nullo unq̄ tēpore deficit potionē, intelligitq̄ ex hoc ipsum umbilicum Sponsæ nunq̄ fore sine fecunditate & prole sanctorum uirorum. Venter tuus sicut aceruus tritici uallatus lilijs: Sic in Latīno & in Græco: In Hebræo aut̄ sic, Venter tuus aceruus tritici, circū septus uiolis. Venter tuus aceruus tritici. Mirè ac signatè cōparat uentrem Sponsæ aceruo collectorū fasciū tritici in unum. Et hoc quia consueuit huiusmodi aceruus tritici esse latus & amplius ab infima parte, & angustus in suprema. Et sic maximè est uenter mulieris: Et propterea rectè uereq̄ dixit, uenter tuus aceruus tritici. Item per pulchritudinem significanter cōparat uentrem Spōsæ aceruo tritici, quia sicut ex aceruo tritici fit panis, quo omnes indigemus pro uictu temporali præsentis uitæ: sic ex uentre Sponsæ ortus est ille cœlestis panis, quo omnes indigemus, ad uiuendum in sempiternū, secundū Scripturā, quæ dicit: Qui manducat hūc panem, uiuet in æternū. Circū septus uiolis. Sēlus est, q̄ idē aceruus tritici cui cōparat uentre Spōsæ, hoc est, ipsam Ecclesiā nunq̄ fuisset uisa in Mūndo, nisi fuissent uiolæ in circuitu eius, q̄ ipsam Ecclesiam uallarent, custodiret, atq̄ seruarent, hoc est, nisi fuissent sancti q̄nati sunt, & naſcētur ex uentre Sponsæ Ecclesiæ: p̄ uiolas enim quæ suauissimū dāt odorē, intel

ligit

ligit, ut diximus, sanctos oēs quos semp̄ habet Christus in circuitu, tanq̄ redolentissimas suauissimasq; uiolas. Duo ubera tua sicut duo himuli gemelli Capreæ: sic in oībus tribus linguis. Duo ubera tua, hoc ē, duo testamēta, uetus & nouu, ex q̄bus tāq̄ ex duobus uberibus emanat lac quo alimur in uitā æternā. Collū tuū sicut turris eburnea: ita in oībus tribus linguis. Collū tuū sicut turris eburnea. Cōmēdat collū Spōsæ & à cādore, & à fortitudine à cādore cū dicit eburnea, p̄ nimia eius inoccētiā: à fortitudine, cū dicit turris, ex q̄ collū Spōsæ fortissimū tāq̄ turris nullis infidelii & hereticorū psequitionibus flectet, neq̄ deprimeat. Oculi tui sicut pīscinæ i Esebō: Ita i utraq; trālatiū: In Hebræo aut̄ sic. Oculi tui fontes in Esebon ad portā filiæ multitudinis: Oculi tui, i. prophetæ tui, p̄ q̄s tanq̄ p̄ oculos uides futura, q̄ primū fuerunt in Esebon ciuitate terre Israel, quā accēperūt filij Israel de manibus Seon Regis Ammorrei, sicut legitur Nume. cap. 21, in qua ciuitate fuerunt à principio Prophetæ, ubi tanq̄ fontes effundentes multā aquā, i. multā doctrinā. Ad portam filiæ multitudinis, subaudi, proficisciatur, intelligitq̄ per oculos qui erant tanq̄ fontes in Esebon, duos maximos prophetas & Spiritu Dei plenissimos maximosq; uiros, Petrum & Paulum: qui redētes ab Esebon, id est, à terra Israel, intelligeris à parte totam terram, contulerunt se ad prædicandum Iesum Christum. Ad portam filiæ multitudinis: Mos loquēdi Hebraicus, hoc est, ad populosam & maximam ciuitatem Metropolim gentium urbem Romam.

v. ij Nasus

Nasus tuus sicut turris Libani: spe
Etas facies Damasci. Caput tuum : אַפָּה בְּמִזְבֵּחַ תְּלַכְנֹין
super te, sicut Carmelus: & coma לְאַשֶּׁר עַלְתָּה כְּבָרְמֹל
capitis tui sicut purpura. Rex liga- וְלֹת רַאשָׁךְ כָּאֲרוֹמָן
tus cum canalibus. מִלְגָה אַסְוָר בְּרַחֲטָם :

NAsus tuus sicut turris Libani: quae respicit contra Damascum: sic in Latino: In Græco autem sic. μυκτίρ σα ὡς τύργω τῷ λιθάνῳ σκοτεινῷ πρόσωπον θαμαστόν. hoc est, Nasus tuus sicut turris Libani cōsyderās faciē Damasci. Et in Hebræo eodem pacto, sic. Nasus tuus sicut turris Libani spectās facies Damasci. Nasus tuus. Pergit Spōsus laudare reliqua membra Sponsæ: cōparatq; nimirū Nasum eius ad turrim Libani. Quod ad deformitatē Spōsæ spectare uidetur potius, quam ad pulchritudinem, & uenustatē: si nasum adeo magnū & erectū habuit Sponsa, ut turris Libani. Quam ob rem dicunt doctores Hebraeorum cōparationem istam nō esse magnitudinis nasi ad magnitudinem turris: sed potius dispositiōis eius, ad dispositionē turris Libani. Nam si magnitudinis esset comparatio inquiunt ad turrim Dauid quæ est in mōte Sion, sicut suprà, fuisse Nasus Sponsæ cōparatus, & nō ad turrim Libani. Sed qd nō magnitudinis sed formæ est cōparatio, ideo ad turrim Libani cōparat Nasus Spōsæ. Erat enim hæc turris Libani, non sicut turris Dauid ædificata cū eminentijs siue mergulis in summitate eius, ut dictū est; sed erat, æqua, & plana desup, & perpolita, & sine foraminib; Sic & Nasus Sponsæ erat sine eminentijs, hoc est, sine tuberculis, atq; maculis,

maculis, quæ nasci quādoq; cōsueuerunt in naso mulierū, & ppolitus, ac pulchrè dispositus. Cōparationes em̄ rerū latiſ est ut ex aliqua parte cōueniāt. Hæc scđm Hebræos. Nos vero dicimus, Nasum Sponsæ cōparari ad magnitudinē turris Libani, ad denotādū per magnū namsum eius, magnū odorem, quem, stans in mōte Libano, qui est in finibus terræ Israel, & respiciēs faciem Damaſci ciuitatis gentiū olfaciebat ē regiōne earū, ad quas, capta magno suauissimoq; earundē gentiū odore, quē sua sagacissima sapientia præsentiebat, erat migratura. Item per magnū nasum Sponsæ, significat Scriptura acrimoniā Ecclesiæ cōtra hostes eius infideles, & hæreticos. Ira em̄ hominis & furor mox in naso eius indicatur. Vnde non mirū si nasutā Spōsam facit Scriptura, quam suprà sicut acies instructas & ordinatas, terribilē & formidolosam suis inimicis esse dixerat. Et docti ueteres Hebræorū doctores in libro dicto Midras Sirim, dixerūt per Nasum Spōsæ intelligi debere tēplū domini, ex quo sicut Nasus datus est in altiori hominis parte in facie, sic & domus sancta ædificata est in altiori parte mundi in Hierusalem. Vnde cōprobatur maximē id quod suprà sæpe diximus: qd migratura Sponsa, ut & latius diceamus in sequentiibus, ab Hebræis ad gētes: nō nisi in alta & excelsa gētiū metropolī urbe Roma ipsam desolatam Hierusalē erat instauratura. Vnde meritò Roma sicut in rei ueritate est, sic & credit̄ esse, altera Hierūm ciuitas sancta. Et ne risum pbeamus Hebræis, qd ut ubiq; in iustis recentibus Lutheranis hæreticis Romanā ecclesiā ca-

u ij tholicam

tholicam.i.uniuersalem & cōmunem oībus Christi fidelibus esse cōprobamus: sic inuitis ipsis Hebræis & alteram Hierusalē esse asseueramus. Interrogo ipsos Hebræos : Vnde est q̄ hebraica lingua quæ supra omnes alias(ut ipsi negare nō possunt)proprietates rerum & Etymologias maximè exprimit. Cū tres sicut Græca habeat numeros singularē , dualē , & pluralē : nomen ciuitatis sanctæ Hierusalem nō per singularē exprimit numerū, neq; pluralē, sed per dualē tñ. Est enim Hierusalem(sic em̄ pfertur hebraicē) dualis numeri semper & ita dualis ut nūq; sit singularis neq; pluralis, sed semp dualis. Vnde ex lingua sancta Hebraica plenè constat duas esse ciuitates Hierusalē, quas Deus elegit in habitaculum suū, alterā oīm in Syria, & alterā hodie in Italia, quā Clauiger cœlorū Petrus suo martyrio fundavit in urbe Roma, in Vaticano. Nec poterit mihi Hebræus dicere, per duas Hierusalē intelligi alterā terrestrem, & alterā supernā Hierusalem : cū in ueteri sancta Scriptura, ante aduentū Iesu Christi, nulla unq; hebræis facta fuerit mētio, neq; ulla explicita pmissio, de superna Hierusalē, aut de regno cœlorū, nisi de terra fluente Lac & Mel, quā solā Deus ipsis Hebræis pollicebatur. Ita ut superna Hierusalē sit altera à noua Hierusalem catholica Ecclesia, & nō altera uetere Hierusalem, cuius tpe de ipsa cœlesti Hierusalē, & regno cœlorum nullā expressa mētio facta fuit ab ipsis pphetis usq; ad aduentū Iesu Christi, quenīes & precioso sanguine suo satisfaciēs pro peccatis mundi, cœlū antea clausum nobis

bis reserauit : Cœlūq; ppter ea suis fidelibus, & nō amplius terrā fluentē Lac & Mel, sicut Hebræis ante aduentū suū pollicitus est. Sed hæc hactenus. Redeamus nūc unde dīgresi sumus. Nasus tuus sicut turris Libani. Rab. Abra. Abenezra, & doctus, & maximæ inter Hebræos auctoritatis uir, in suis cōmentarijs, inquit, p magnū Nasum Spōsæ intelligi summū Dei Sacerdotē, quē Hebræi in lingua hebraica appellat Chohē gadoli. summū Sacerdotē, q nimirū p nasum Spōsæ significat, ex quo sicut nasus maximè p̄tinet ad pulchritudinē & necessitatē elegat̄is corporis mulierū, sic & sumus sacerdos maximè p̄tinet ad decorē & necessitatē mystici corporis Ecclesiæ, quē nos inuitis ipsis hebræis & recentibus hæreticis ipsius catholice nouæ Hierusalē Romanae Ecclesiæ Pōtificē maximū Petri principis Apostolorū, successore esse cōprobamus. Spectas facie Damasci. Mirè signateq; dicit q; nasus Spōsæ. i. facies, intelligens à parte totū, spectabat Damascū ciuitatē Gentium, & nō Hierusalē ciuitatē suā: Vnde dixerūt docti ueteres Hebræorū magistri, q; Spōsa respiciebat Damascū ciuitatē Gentium, significans ex hoc Hierusalem ciuitatē sanctā dilatandā propagandāq; Damascū usq; ciuitatē Gentium. Item respiciebat, inquiūt, facie Damasci Spōsa, ex quo in Damasco erāt pulcherrimi optimi q fructus: Quæ expositio satis nobis cōgruit: Nam ex quo migrare intēdebat Sponsa ab Hebræis ad Gētes, Propter ea dicitur hic spectare Damascū, quæ in confinibus terræ Israel, & porta regionis Gentium. Et propter ea magnum

magnum dicitur habere nāsum : quo magnū suo sagacissimo odoratu præsentiebat ex ipsis gentibus prouenire odorem & ppterēa & fixū dicitur habuisse obtutum, & aspectū suū Damascum uersus ciuitatē gentiū, ex quo ad eas migrare intendebat & parabat : quod sicut figuratū est, sic fuit postea factum in aduentu Sancti sanctorum Iesu Christi Messiae, per maximū Apostolum eius Petrum, qui Sponsam ipsam ex Syria ex utere Hierusalem traduxit ad Gentes, ad nouā Hierusalem urbem Romam. Caput tuum ut Carmelus : sic in utraq; translatione: In Hebræo autē sic. Caput tuum super te sicut Carmelus. Est autē Carmelus mons altissimus, in terra Israel, per quem quidē altissimū montem intelligitur Christus, qui in monte altissimo cœlorum sedens addexteram patris, Caput est ipsius Sponsæ ecclesiæ. Et qui adhuc in terra confractis quatuor regnis gentium, crescit in montem magnum, & replebit totam terram. Sicut Danielis 2, inquit Scriptura. Videbas donec absclusus est lapis de monte sine manibus. & percussit statuam. Et dicit de monte, hoc de Cœlo, & sine manibus, hoc est, sine cooperatione alterius, sed à se ipso absclusus, & postea subiungit, Lapis autē, qui percusserat statuam, factus est mons magnus, & impleuit uniuersam terram. Et coma capitū tui sicut purpura Regis iuncta canalibus: Ita in Latino: In Græco autem rectius sic. οὐ πλόκιον κεφαλής στὸ ὄψιν φερίπα. Βασιλεὺς δε μένος γνῶνας αριστομάρτιος, hoc est, Et crinis capitū tui sicut purpura, Rex ligatus in decursibus: In Hebræo autem sic: Et Coma capitū tui sicut pur-

sicut purpura. Rex ligatus cū canalibus. Vñ patet Latinum interpretē, ut sæpiissime aliâs, nec̄ uerba, nec̄ sensum hebraicū latinū hic reddidisse. Et ppterēa nephas est dicere, hāc trāslationem, qua utimur, esse dñi Hieronymi, totq; defectus, quibus eadem trāslatio ubiq; scatet eidē Hieronymo uiro, tū sanctissimo, tū triū linguarum peritissimo impingere: & (qd̄ detestabilius, & maxime pñciosum est) dum aut pphanis studijs, aut Ecclesiasticis dignitatibus, potius quā sacris literis inhiāt homines, sub noīe Hieronymi, quāplurimos eiusdē trāslationis contortos sensus, pro ueritate hebraica ducere, & Scripturas quæ clarissima de Iesu Christo reddūt testimonia ignorare: Sed hæc hactenus. Et coma capitū tui. Posteaq; Sponsus descripsit laudando oīa mēbra Sponsæ: ultimo loco nunc laudat eā de pulcherrima eius loca: Et postea mox subiungit illa nimirū stupēda, & significantissima uerba. Rex ligatus cū canalibus, quæ postea exponētur: Dicit itaq;. Et coma capitū tui sicut purpura. Pro quoru quidē uerborū intelligētia est nostandū cū hebraicis, q; dictio Dalad, quā uertimus comā latinē: significat etiā & pauperiē: ppterēa ijdē doctores Hebræorū p comā Sponsæ purpureā intellexerunt pauperes, qui sunt inquiūt in Israel sicut purpura, hoc est, coloris purpurei per magnā eorū charitatē. Et hoc rectē uerec̄ exponūt, quia p comā Spōsæ nimirū Apostoli significantur, qui paupertatis amantissimi meritō per purpureū colorē ob magnā eorū charitatē significantur: pro qua imitantes magistrū suū Christum oēs

propriam uitā exposuerunt. R ecētē igitur uercq; Apo-
stoli Christi & Discipuli omnesq; martyres denotātur
per comā Sponsæ purpuream: quapropter purpureo
colore secūdum hāc significationem insignitur hodie &
apostolicus Senatus. R ex ligatus cū canalibus. Hæc uer-
ba dixit hic Sponsus Christus signatissimè per interpo-
sitionem inter laudes præcedentes Spōsæ & cōsequen-
tes: Quæ aliqui ueteres hebræorū Doctores nō intelli-
gentes, secundū literalē sensum exposuerūt ea allegori-
cē tantū: Dicētes sic: Regem æternū Selomonē liga-
tum in Canalibus, hoc est, iurauisse apud Canales, scili-
cet aquarū, ad quos quidē Canales, Pater noster Jacob
statuerat uirgas suas populeas, sicut legit̄ Genezeos ca-
pite 30: & tūc tēporis Deū iurauisse eidem patri nostro
Jacob se habitare facturū gloriā suā in Israel, quod est
palam falsum: Ibienim nihil tale legitur, nec unq; iura-
uit Deus patri nostro Jacob iuramentū aliquod: Quā-
obrem est expositio satis abhorrens à ueritate hebraica.
Propterea Rabbi Abraam Abenezra recēs hebræorū
Doctor in suis cōmentarijs rectius, quā dicti ueteres do-
ctores ea uerba secūdum literalem sensum exposuit, sic:
Rex ligatus cū Canalibus: hoc est, Rex Mēsias, id est,
Christus, qui secundū ueteres doctores studens atq; fe-
stinans uenire ad instaurandū Hierusalem natus fuit:
signatissimè in ipsa die qua desolata fuit eadem ciuitas
Hierusalem, per Titū & Vespesianum ligatus fuit cū
Canalibus, id est, tribulationibus multis, quæ intelligū-
tur per Canales multarum aquarum, & adeo malè fuit
affactus

affactus, ut et si à tanto tempore sit natus, nihilominus
hactenus uenire nō potuerit: Hæc Rabbi Abraā Aben
ezra in suis cōmentarijs: Qui cæcutiens in meridie ui-
det lumen, non tamen satis clarum: Nam cum hæc uer-
ba dicta sint apertissimè de passione Christi Mēsiae, ut
& idem Doctor cum suis ueteribus doctoribus sentit:
mirū quomodo nō pudet eum credere Christum na-
tum iam, à mille & q̄ngentis annis malè affectū & liga-
tum à suis inimicis usq; adeo uenire nō potuisse: Intup
mirum quomodo iste Mēsias anteq; ueniret ad eos, fuē
rit deprehensus, & ligatus: Et ualde mirabilis, q; sic
ligatus & malè affectus, in manibus inimicorum uiuere
tanto tempore potuerit: & quomodo nullam uiā
adiuenerit ut à uinculis solueretur: Sed illud magis
atq; magis demiror, quomodo tantus Doctor (ut igna-
rum Hebræorum uulgs omittam, qui ista non intel-
ligunt) talem Mēsiam expectabat, qui inuitus & cō-
tra suam uoluntatem tanto tempore in manibus ini-
micorum captiuus teneretur: Sed meræ nugæ sunt
istæ: Et illud solum pium, sanctum, & uerum est cre-
dere, quod ipsa Catholica Ecclesia de hac re credit &
firmiter tenet, Christum Mēsiam scilicet uenisse, nou-
solum à die qua desolata fuit Hierusalem: sed & mul-
tò antè: & cùm uenisset uerè, ut inquit hic Scriptura,
fuit ligatus cum Canalibus: hoc est, non simpliciter
quidem fuit ligatus iste Rex maximus Christus Mē-
sias: sed fuit ligatus in Cruce, scilicet cum Canalib-
us: id est, cum quinq; eis factis uulneribus. Significatur
x ij enim

enim eius sanctissima quinque uulnera hic per quinque canales Metaphorice: ex quo per quinque eius corporis uulnera, tanquam per quinque canales aquarum emanauit totus sanguis innocentissimi purissimique corporis eius. Hic est uerus & catholicus sensus prædictorum uerborum. Quæ quidem memoratu dignissima per necessariaque uerba dicit idem Spousus de se in tertia persona, sic. Rex ligatus cum Canalibus. Quasi inter loquendum de pulchritudine Sponsæ interponens hæc uerba de passione sua palam diceret. Et pro tanta tua pulchritudine o Sposa, Rex ligatus cum canalibus, hoc est, Ego Sponsus tuus Christus Rex cum ueniam ad te osculandum & redimendum, pro te ero ligatus tanquam latro, & malefactor in Cruce, cum quinque canalibus, id est, cum quinque uulnibus, quæ ad modum Canalium fluendo emitteant totum sanguinem corporis mei pro tua redemptione.

מַחְטֵה יִפְאָה גַּם־חֲצֵבָה עַמְּדָה
אֶחָבָה בְּמַעֲנוֹגִים: זָאת
קְוִימָה בְּמַתָּחָה לְמַמְרָרָה
וְשָׁרוּתָה לְאַשְׁבָּלָה אֲשָׁלָתָה
אֲמְרָתָה אֲשָׁלָתָה בְּמַתָּחָה
אֲתָּה בְּסֻכָּנָה וְנַחֲזָה אַתָּה
פְּרַחְנָה כְּאַשְׁבָּלָה תְּלָמָּן
וְרִיחָה אַתָּה: בְּפַרְחָרָם
וְרִיחָה אַתָּה: בְּפַרְחָרָם
וְחַבְבָּה פְּרִין חַטּוּבָה הַוְלָה
לוֹזָוָה לְמִישָׁרִים רַזְבָּבָה
שְׁבָתָה יִשְׁנָנִים אַנְיָלָזָוָה
וְשְׁלָלִי תְּשִׁוְקָתָה:

Quam

Q V A M pulchra es, & quā decora charissima in delicijs: Ita in Latino: In Græco autem & in Hebreo sic: Quā dulchra facta es, & quā dulcis dilecta in delicij. Quā pulchra facta es. Sēsus hic est, posteaque p te ligatus fuero cum canalibus, hoc est, cum uulnibus, inquit Sponsus, efficeris per mea uulnera redēpta, & pulchra, & dulcis, & dilecta in delicij, hoc est, dulcis & digna qua ego fruar inter oes alias meas delicias. Statura tua similis est palmæ, & ubera tua botris: sic in omnibus tribus linguis, nisi quia in Hebreo pro statura tua habet sic. Ista statura tua, & reliqua. Ista statura tua similis est palmæ. Rectè Sponsus Christus Rex cum inter laudes, quas tribuit Sponsæ, perspicuā mentionē suæ passionis de se ipso plane intelligēs fecisset, uolēsi nūc inferre quā obrem fuerit ligatus, & ubi fuerit ligatus, infert sic: Ista statura tua similis est palmæ, hoc est, ista tui corporis statura est sublimis & recta, sicut est Statura & altitudo palmæ: Est enim palma arbor recta & alta, ad quā cōparatur Sposa, ex quo recta altitudo multū cōfert ad pulchritudinē & uenustatē mulieris. Et allegoricè p rectitudinē altitudinēq; staturæ ipsius Sposæ cōparatæ ad palmæ, quæ est arbor recta & fructifera, intelligit rectitudinē & celsitudinē patrū ipsius Sposæ, & p eius ubera, q cōparat botris siue racemis eiusdē arboris palmæ, intelligit (ut diximus) duas tabulas legis, acceptas à patribus, à quibus quidem tabulis tanquam à duobus uberibus, perfuit lac scientiæ, & sapientiæ Dei. Est itaque sensus pro rectitudine, iustitia, & excellētia patrum tuorum, qui flouerunt

ruerunt & fructū dederūt apud me,sicut palma ô Spōfa. Item & pro tuis uberibus,hoc est,duabus tabulis legis quas libenter accēpisti à me.Dixi,ascendam in palmam,& apprehendam fructus eius : Ita in Latino. In Græco autē rectius sic, ἐπαναβίσθαι εἰς τῷ φόρου, κατέκω τῷ πνεύμαντος, hoc est,Dixi, ascendam in palmā , prehēdam cacumina eius; In Hebræo aut̄ sic, Dixi, ascendā in palmam prehēdam in cīmis eius,Sensus est, Dixi, hoc est, in corde meo dixi,i.cogitaui pro ista tuorum patrū restitudine,& iustitia,& per legem quam accepisti à me: ascendam & ego in palmā arborem , hoc est,in Crucē cuius pars fuit de palma. prehendam in cīmis eius:hoc est,firmabo me in cīmis,sive in ramis eius arboris palmæ,quousq; subaudi,emittā Spīritū. Et est explanatio eius quod dixerat suprà: Rex ligatus cū canalibus. Vbi ligatus. Non dixerat propterea nunc dicens Christus se ascensurum in palmam, palam dat intelligi se ligatum fuisse in palma,hoc est,in alta arbore Crucis,cuius pars (ut refert Glossa ordinaria) fuit de palma. Et rectè in Crucem de palma arbore ascēdit Christus,quia oblaturus sacrificiū iustitiae pro peccatis totius mundi, ascēdit in eam arbore,per quā iusti significantur in Scriptura,quæ ait Iustus ut palma florebit. Dixi, ego ascendā in palmā , hoc est,in Crucē de palma arbore,& ex uerbo dixi,id est, cogitaui,dat intelligi Christi uolūtariam spontaneamq; fuisse passionem & mortem,& diu antè à se præuisam & determinatam, & postea pro redemptione totius mundi libentissimè sumptā. Et erūt ubera tua

tua sicut Botri uineæ,& odor oris tui sicut odor malorum : Ita in ultraq; translatione,nisi quia in Græco pro odor oris tui,rectius habetur sic, οὐσιὴ σὺνεστάση, id est, & odor nasi tui. Et pro & erunt,habetur sic, οὐσιὴ σύνεστάση. erunt quidem,cum particula expletiva,& consimiliter in Hebræo sic;Et erunt quidem ubera tua sicut racemi uitis,qui scilicet dant & producunt multum uīnum, hoc est,multam doctrinā. Et odor nasi tui,sicut malorū siue pomorum,pulchrè olētium supple. Et per nasum Spōfæ aliqui doctores, ut diximus,intelligūt templū Domini,& Ecclesiā ipsam: Aliqui uero, ut est Rab. Abrā intelligit ipsum summū Sacerdotem: Et sic sensus est. Et odor nasi tui,id est,Ecclesiæ tuæ,uel summi Sacerdotis sacrificantis,& odorem emittentis suauissimum Deo : erit sicut malorum pulchrè redolentium,scilicet, Guttur tuum sicut uīnum optimum : dignum dilecto meo ad potandum , Ita in Latino: In Græco autem rectius sic, οὐσιὴ λάρυγξ σύνεστάση Θεοῦ διγοθός, ηρευόμενος τῷ αὐλελφίσθη μετενθήτητα, hoc est, Et guttur tuum sicut uīnum bonum, uadens nepoti meo ad rectitudinem : In Hebræo autē sic;Et palatum tuum sicut uīnum bonum, uadens dilecto meo ad rectitudines. Et palatum tuum sicut uīnum bonum,Sensus est, Et tunc cūm ego ascendero in arborē palmam : palatum tuū sicut uīnum bonum, hoc est, gustus palati tui,in quo probatur uīnum,nō erit amplius corruptus,sicut nunc est, sed erit sanus , & sicut uīnum bonum , hoc est , & sicut bonum erit uīnum,sic & gustabit ipsum,Vadens dilecto meo ad rectitudines:Ita in Hebræo

Hebræo & Græco ferme. Pro quibus Latinus interpres, neq; sensum, neq; uerba expressit, dicens, dignū dilecto meo ad potandū: Vadēs dilecto meo ad rectitudines. Hæc uerba sunt Sponsæ, quæ respōdens ad prædicta uerba Spōsi, de bono gustu, optat sibi concedi & dari talē bonū gustū boni uini, i.e. diuini amoris, ita ut sic possit gustare ipsum, sicut est dulce, dicens sic: Vadens dilecto meo ad rectitudines. Sensus est, utinā q; palatū meū uadat dilecto meo ad rectitudines, hoc est, utinam q; ego rectè perfecte q; gustare & diligere te merear, ita ut gustus meus, & omne meū desideriū uadat dilecto meo ad rectitudines. Labijsq; & dentibus illius ad ruminandū: Ita in Latino: Quæ uerba in Græcū trāslata fuerit sic, ἵκενθμενοι Θεον χείλεσι μετανοεῖσθαι, hoc est, sufficiēs in labijs meis & dentibus. Nos aut ex Hebræo uer timus sic: Eructare faciēs labia senū: Et sensus est: Vt inā inquit Spōsa q; gustus palati mei, & amor meus erga te dilectū, sit sicut uinū bonū: qd' eructare facit labia senū, hoc est, quod quidē uinū adeo est bonū, qd' cōpellit se nes ad loquēdū, quasi diceret, & tūc uinū bonū istud, id est, amor meus perfectus ut bonū uinū in te, cōpelle ret & ipsos senes patres meos mortuos ad loquēdū, & exultandū, cōgratulātes mihi, & cōfitentes tibi pro me. Ego dilecto meo, & ad me cōuersio eius. Sic in utrāq; translatione: In Hebræo aut sic: Ego dilecto meo & su per me desyderium eius, ut scilicet ego discam, & faciā uoluntatē suā, hoc enim est desyderium eius, & quod optat affequi Sponsus meus à me.

Veni

לְבָתְּךָ דָּוִי נַא חֲשַׁבָּת
כָּפָעַם, פְּנַכְּרִים / נַשְׁבִּרְמָה
לְפָרְמִים גְּרוֹאָת אֶסְפְּרָחָה
חַגְּרָן פְּתַח הַסְּמָנָר חָנָן
חַנְצָה קְרֻמּוֹתִים שָׁם אַתָּן
אַתְּ-דָוִי לְהָן / פְּקָרָאִים
מַדְרָגָרָה-רִיחָן וְעַל-פְּמַחְנָה
Et ad portas nostras omnes fru etus pulcherrimos: nouos etiam ueteres dilecte mi abscondi tibi.

VE N I dilecte mi, egrediamur in agrū, cōmorem ur in uillis: Ita in utrāq; translatiōne, & similiter in Hebræo, nisi quia pro, in agrum, in Hebræo habetur in campum, & pro cōmorem ur, habetur pernoctem us in uillis. Veni dilecte mi, egrediamur in campum. Hic est locus in quo signatissimè denotatur translatio domus Dei ab Hebræis ad Gentes, & à uetere Hierusalem innouam Hierusalem catholicam Ecclesiā, quod mirè non signatur nisi post apertè factam mentionem passionis & mortis ipsius Regis Christi cum Canali bus in arbore palma, id est, in arbore Crucis. Vnde indignata Sponsa, hoc est, uera gens Israelitica, quæ cre didit in Iesum Christum, eumq; recepit, persuadet hic ipsi Sponso Christo, ut relictais Hebræis, & terra eorū, unā secum egrediatur in campum, dicens: Veni dilecte mi, egrediamur, scilicet ab Hierusalem in campum, hoc est, in Mundum, pernoctem us in uillis: quasi diceret, quousq; peruenierimus in urbem Romam alteram y Hierusalē

Hierusalem nobis congruam & aptā ad habitandum, pernoctemus in uillis, hoc est, in alijs locis & ciuitatis bus gentium, quæ respectu urbis Romæ sunt uillæ, in quibus pernoctare uolebat ipsa Sponsa Christi. Mane surgamus ad uineas, uideamus, si floruit uinca, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica, ibi dabo tibi ubera mea; Ita in utraq; trāslatione: In Hebræo aut̄ sic: Surgamus diluculō ad uineas, uideamus si floruit uitis, aperta est Semadar, i. uua acerba, gemmauerunt mala granata, ibi dabo amores meos tibi. Surgamus diluculō, & reliqua, Sensus hic est. Et cū egressifuerimus, inquit Sponsa de Hierusalem, pernoctabimus in uillis, & inde summo mane surgamus ad uincas, hoc est, à uillis summo mane surgētes, proficiscamur ad uincas scilicet gentium, uideamus si floruit uitis, & aperta est uua acerba, hoc est, uideamus si iam puenit ad eas gentes tuus fragratiſſimus odor per Apostolos tuos. Quadraginta enim annos post paſſionem Domini desolata fuit Hierusalē, & ab ea recesserunt Apostoli, quo tempore incæperat iam totus mūdus suauissimū Christi odorem olfacere, Vnde meritò inquit Sponsa, surgamus diluculō ad uineas, uideamus si floruit uitis, & aperta est uua acerba: Et per uitē intelligit ipſos Sacerdotes, q; prædicantibus Apostolis per Mundū, incæperunt floreſcere, & uinū, hoc est, diuinū odore in populo produceſe: Et per uuam acerbā, quæ ex plurimis granis cōſtat, intelligit ipsum populū: Si gēmauerūt mala granata, hoc est, & uideamus si rubicundi martyres ad similitū

dinem

dinem malorū granatorū p ſummā eorū charitatē incipiunt iam teſtimoniuṁ dare de te: Ibi dabo tibi ubera mea: Ita in utraq; trāſlatione: In Hebræo aut̄ sic: Ibi dabo amores meos tibi, hoc est, ibi inter gentes in urbe Roma dabo tibi meos amores, quaſi planè diceret Spōfa: hic in Hierusalem non te amauī, neq; dilexi charissimē Spōfē, uerū tamē ibi, s. inter gētes in Ecclesia Romana dabo tibi amores meos, hoc est, te Spōfum dominū meū, q; pro me uoluisti ligari in palma cū Canalibus, pfecte diligā. Vnde patet quanto perfectior est Ecclesia gentiū, & quāto in amore & dilectione diuina quā ipsa Synagoga præstantior, cū aperte dicat hic Sponsa: ibi dabo amores meos tibi, Mandragoræ dederūt odore in portis nostris: Ita in Latino: In Hebræo aut̄ sic: Mandragoræ dederunt odore. Et hic interciditur oratio. Et poſtea ſequitur: Ad portas noſtras omnes fructus, & reliqua, Mandragoræ dederūt odorem, hoc est (conti- nuando ſenſum cum ſuperioribus) ſi produxerunt iam flores, & inciperunt iam dare odorem ſuum: quaſi diceret, uideamus ſi omnes populi gentium, qui ſunt ſicut herbæ campi, incipiunt te iam cōfiteri: per Mandragoras enim ſpeciem Herbæ, cuius radix eſt ad ſimilitudinem formæ humanae: intelligit omnes herbas campi, & per eas omnes populos orbis terrarum, qui paſſo Iesu Christo, incæperūt florefcere, & odorem ſuauissimū fidei, charitatis, & omnis uirtutis dare. Et ad portas noſtras, omnia poma noua, etiam uetera dilecte mi abscondi tibi. Et ad portas noſtras: Sensus

y ij hic

hic est, q̄ tanto cum gaudio Sponsus & Sponsa erant accipiendi in noua Hierusalem urbe Roma, ut Romani nō expectaturi essent, ut intus in urbe offerret eis poma, & pulcherrimos suauissimosq; fructus: sed mox Spōsa Christo & Sponsa aduentantibus, erant Romani eis obuiā ituri, & ad portas ciuitatis suae oblaturi eis oīa poma, & noua & uetera, hoc est, oēs pulcherrimos nouos fructus, quos erāt ijdē Romanī p mortē tot milii suorū ciuiū oblaturi, qui pro fide & testimonio Iesu Christi spōte erāt morituri: Et uetera, & erāt etiā Romanī cū nouis fructibus oblaturi, & uetera poma, hoc est, & Petruū & Paulū, qui erāt poma Christi non noua sed uetera: Hoc est igitur qd̄ dicit Spōsa hic & ad portas nostras. f. Ecclesiæ Romanæ quō tendimus absconditmos loquēdi hebraicus. i. recōdidi & thesaurizauit tibi Christe oīa poma & noua & uetera. i. oēs fructus nouos intelligēs Romanos, & fructus ueteres, intelligēs Petruū & Paulū, qui in urbe Roma pro Christo passi sunt.

CAPITVLVM OCTAVVM.

מִי יְתַנֵּן קָחָת לְיַדְךָ
tem ubera matris meæ. Inuenire te foris, oscularer te, etiā non despiceret me, duceret te: Introduceret te domū matris meæ, docret me, bibere facerem te de uino condito, de musto mali granati mei. Legua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Quis

Quis mihi det te fratrem meū sugentē ubera matris meæ, ut inueniā te solū foris, & deosculer, & iam me nemo despiciat: Ita in utrāq; translatiōne in sensu: In Hebræo autem sic. Quis det te sicut fratrē mihi lactētem ubera matris meæ? Inuenire te foris, oscularer te, etiā nō despiceret me. Quis det te sicut fratrē, &c. Hic nimirū exardescens Sponsa in amorē Sponsi Christi, dolet nō posse ipsum osculari ad libitū suū, absq; ulala uererundia, & pudore. Et propterea cupiens soluere omnem pudorem, quo detinentur mulieres, quominus osculentur palam uiros suos, optat, dicēs. Quis det: hoc est, utinā ô dilectissime Sponse mihi contingeret, ut tu es es meus frater lactēs ubera matris meæ: Et sic te infantem inuenire foris, pcul à matre tua: ut sic ego tanq; tua soror caperem te, ad matrē tuā te deferendī gratia. Quod si mihi contingeret inter capiendū, & te deferendum: ad libitum dulcissima tibi oscula palam in cōspēctu omniū absq; ullo pudore figerem, sicut facere consueuerunt puellæ suis lactentibus fratribus. Etiam non despicerent me, hoc est, quamuis sic ad libitū in cōspēctu omniū te deoscularer, non propterea me despicerent: quia mos semper fuit sororibus absq; ullo pudore suos paruos, & sugentes ubera fratres exosculari. Vnde ex eo, quia dixit foris, palā indicat, quod foris extra ueterem Hierusalem inter gētes infinita ei oscula erat datura. Ex quo planè intelligitur, quanto maior erat futurus amor Ecclesiæ in Christum supra amorem patrum Hebræorum. Apprehendam te, & ducam te in domū

y. iiij matris

matris meæ , & in cubiculum genitricis meæ , ibi me docebis . Et dabo tibi poculū ex uino condito , & mustum malorum granatorū meorum : Ita in utraq; trālatione : In Hebræo autem sic : Ducerem te , introducerem te domum matris meæ : Bibere facerem te de ui- no condito , de musto malī granati mei . Ducerem te , in- troducerē te , & cætera : Sensus est : Posteaq; inquit te fo- ris inueniſſem , & ibi multa tibi oscula abſq; ullo pudo- re , & uerecundia fixiſſem , ducerem te , & introducerē te in domum matris meæ , hoc est , in domum commu- nis matris beatissimæ Virginis , cuius tu filius es . Ibí me docebis : Ita in utraq; lingua : In Hebræo autem sic : Te- lamedeni , id est , doceret me mater nostra , scilicet , Et si idem Hebraicum uerbum posset esse & secundæ per- sonæ : ex quo litera Thau , in futuro indifferēter signi- ficat , & tertiam fœmininam , & secundam masculinam personam : tamen conuenientius hic accipitur ab He- bræis pro tertia fœminina : sic , Doceret me , scilicet ma- ter nostra , quoniam pacto cibarem , & bibere facerem te : sicut docent omnes matres paruulas puellas suas : hoc est , doceret me mater nostra , quomodo captare possem tuam erga me bcnivolentiam . Et bibere facerē te de uiño condito , de musto malī granati mei , hoc est , bibere facerem te uiñum optimum , & mustum malo- rum granatorū meorū : Vult dicere , & inebriarē te per mea obsequia , & meum maximū erga te amore , sicut inebriantur homines per optimum , & conditum uiñū . Læua eius sub capite meo , & dextera illius amplexa- bitur .

bitur me ; Sic in omnibus tribus linguis : Læua eius . Ef- fectus amoris : Sensus enim hic est : Et ego tunc , cum tantopere me amares , amore langueri : & sic tu mihi languenti more perfectorum amicorum affisteres : & læua tua caput meum sustētares : & dextera tua am- plectereris me .

Adiuro uos filiæ Hierusalem , השׁמְעָנִי אֶתְכֶם קְדוּמָה
וְרֹאשֵׁלָם מִתְּחַנְּנָה
וּמִתְּחַנְּנָה תְּעַבְּרוּת אֲתָת חָתָן
חַדְמָה שְׁשַׁתְּחַנְּנָה
quid excitabitis , & quid euigila-
re facietis dilectam , usq; quo cō-
placentiam habebitis .

ADIVRO uos filiæ Hierusalem , ne suscitatis , neq; euigilare faciatis dilectam , donec ipsa uelit : Ita in utraq; lingua : In Hebræo autem sic : Adiuro uos filiæ Hierusalem , quid excitabitis , & quid euigilare facietis dilectam , usq; quo complacentiam habebitis . Adiuro uos filiæ Hierusalem . Mirum quoties hanc . terribilem adiurationem repetit Dominus , planè osten- dens per eam , quantæ curæ sibi sit pax , unitas , & con- cordia inter ipsam Hierusalem , & filias eius , hoc est , inter caput , & membra Ecclesiæ , dicens : Adiuro uos filiæ Hierusalem , scilicet per Capreas , Ceruasci cam- pi (ut suprà dictum est) ne suscitatis , ueq; euigilare fa- ciatis dilectam : Siue (ut in Hebræo) quid excitabitis , & quid euigilare facietis , usq; quo complacentia habe- bitis . Si in me , Sësus est : O filiæ Hierusalem , ut quid , siue quare excitabitis , & quare euigilare facietis dilectam : hoc est , Cur calumniam inferetis dilectæ Sponsæ meæ Hierusalæ :

Hierusalem, cū supple nihil uobis proderit, nihilq; proficietis, donec complacentiam habebit. s. in me, ut exposuimus suprà.

Quæ est ista ascēdens de deserto, associata cū dilecto? Sub arbore pomo excitaui te: ibi perit te mater tua, ibi parturiuit te genitrix tua.

בְּרוּתָה עַלְתָּה מִן-תְּמֹרָבֶר
מִתְּרוּתָה עַל-זְוִינָה תְּחַת
תְּפֵפָה שְׁלֹרָה תְּשִׁמָּה
תְּקַלְתָּה אֲפָאָה שְׁמִיחָה חַבָּה
תְּכַלָּה יְלֻבָּה :

QV AE est ista quæ ascēdit de deserto delicijs affluens, innixa super dilectū suū. Ita in utraq; lingua, nisi quia in Græco non extant uerba, Delicijs affluens, sicut nec in Hebræo: in quo habetur sic: Quæ est ista ascendens de deserto, & reliqua. Ex his Sponsa planè ostēdit se iam exauditam à Sponso suo Christo in his quæ pertierat suprà, dicens: Veni dilecte mi, egrediamur in cāpum. Quapropter nunc, ut uidetur, compos uoti facta, egrediēs extra Hierusalem in campū. i. ad gentes, & ad Metropolim earū urbē Romā unā cū suo dilecto, stupida effecta Sponsa de tanto sibi à Christo suo collato beneficio, sc̄e supra modū humilians, & quasi gratias agens, loquens de seipso in tertia persona cū maxima suæ summae optatae felicitatis admiratiōe, & stupore, inqt, Quæ est ista ascendens de deserto, associata cū dilecto suo, quasi diceret: Et quid sum ego? & unde promerita tñ beneficiū, ut associata dilecto meo Christo ascēderē de deserto: hoc est, de deserta, & desolata Hierusalem: & associata dilecto meo, proficiserer in cāpum ad gentes, & caput earum urbem Romā. Et uocat Hierusalem

salem desertū ex effectu, Qui mox insequitus est. Cūm primū em̄ egressa fuit Sponsa de Hierusalem, hoc est, Petrus, & cæteri Apostoli, statim sequuta est ruina, & desolatio ipsius Hierusalē per Titū, & Vespasianū. Dixit præterea hīc Sponsa se ascēdisse de deserto, ut copularet duos cōsimiles suos euentus. Dixerat nāq; suprà cōsimiliter eadē uerba: Quæ est ista ascendens de deserto? &c. Præmissa etiā ibidē eadē adiuratione, quæ & præmittit hīc. s. Adiuro uos filiæ Hierusalē, & reliqua. Ex quibus manifestū est, Scripturā ipsam etiā per repetitionē eorundē uerborū, cōnectere more suo duos similes euētus ipsius Spōsae, hoc est, duos exitus eius de deserto, amissis omnibus ferme filijs suis. Et quod primus eius euentus figura fuit secūdi. Constat enim Synagogam ereptam à Sponso suo Christo de Aegypto cum sexcētis millibus filiorū, & sic intrasse in desertū, & ibi ob suas præuaricationes mortua fuisse oīa p̄dicta sexcenta millia hominū, & ex eis nō intrasse in terrā promissionis, nisi tantū duas animas, Iosue. s. & Caleb, sicut dixit Dauid propheta in Psalmis. Quibus iurauit ira mea, si introibunt in requiē meā. Et nunc rursus ascēdit de deserto Spōsa Synagoga, i. de Hierusalem desolata, propter occisionem Christi. Et ut à deserto tunc amissis filijs in eo cum paucis in terram promissionis intrauit, sic nunc rursus à deserta & desolata Hierusalem, cum paucis Apostolis Christi fugiens ad Gentes, admirabiliter domina & mater ipsarum gentium, propter Christum eius Sponsum, est cōstituta. Sub arbore malo su-

scitauit te : Ibi corrupta est mater tua : ibi uiolata est genitrix tua : Sic in utrāq; translatione, nisi quia in Graeco pro, Ibi corrupta est mater tua, & ibi uiolata est genitrix tua, rectius habet sic, ἐκ τῶν οὐρανῶν ἡ μάτη της σοῦ, καὶ ἐκ τῶν οὐρανῶν τοῦ πατέρος, hoc est, ibi cum dolore peperit te mater tua, & ibi cum dolore genuit te, quae perturuit te. In Hebræo autem sic : Sub arbore pomo suscitauit te : ibi peperit te mater tua, ibi parturiuit te genitrix tua. Sub arbore pomo suscitauit te. Hoc maximè pertinet ad id quod suprà dictū est. Rex ligatus cū canalibus, & ad illud, dixi, ascendam in palmā. Sub arbore pomo suscitauit te, & reliqua. Posteaq; Sponsa suprà se se humilians ualde, dicens se indignam, quae ascenderet de deserto, associata cum dilecto suo : nūc uero magis, atq; magis se one-
rans, inquit, sub arbore malo suscitauit eis iure (ut in Hebræo) sub arbore pomo excitauit eis : quasi diceret, quo modo ego mereor eripi à ruinis, & desolatione ueteris Hierusalē, & ponere in caput gentium, quae scelestissima suscitauit, siue excitaui, hoc est, cōmouit, & exagitaui te p̄ meos p̄ditissimos filios sub arbore pomo. i. sub cruce, quae (ut diximus) partim fuit ex palma, & partim ex arbore pomifera, ac fructifera ualde : Ibi corrupta est mater tua : Ita ualde quidem perperam in Latina transla-
tione : In Hebræo autem, & Graeco sic : Ibi peperit te mater tua. Et notandum, quod mos hebraicæ linguae est, significare omnem intensum & maximum dolorem per dolorem parturientis : Iuxta illud : Erit dolor, sicut parturientis. Dicit itaq; Sponsa ad significan-
dum

dum acerbissimum dolorem sui sponsi Christi, quem patiendo, moriendo pro salute humanæ generis passus est. Ibi peperit te mater tua, scilicet beatissima Virgo mater tua: ibi sub pomo, hoc est, sub cruce, uidens te ita acerbissime commotum, & cruciatum, peperit te, hoc est, doluit dolorem parturientis. Et ad maiorem exaggerationem doloris eiusdem beatissimæ matris Mariæ repetit, dicens : Ibi parturiuit te genitrix tua, quasi diceret, mater tua, quæ cum te Deum & hominem (ut diximus suprà) peperit in diuersorio, nullum pariendo sensit dolorem ibi. Ibi sub arbore pomo te, & peperit, & parturiuit, hoc est, acerbissimum parturientium, dum pro te dolet, gustauit dolorem.

שִׁימְצֵי בְּחֹזֶקֶת עַל־לְבָדָה
sigillū supra cor tuū, ut sigillum supra brachium
בחורטָם עַל־זְרוּעָה קִי־
shumah b'miutah achbat kashat
tuum : quia fortis sicut mors di-
lectio dura sicut Infernus Aemu
פְּשָׂאָלָן קְנַתָּה רְשָׁפֵת רִ
latio : Carbones eius, carbones
רְשָׁפֵת אֲשֶׁר שְׁלַחְתִּי
flamme fortis : Aquæ mul-
timus rufim lā yūkālā l
לְכַבּוֹת אֶת־הַאֲחָבָת וְ
charitatem, & flumina nō inun-
מְתֻרוֹת לֹא יִשְׁטַפְּרָת ;
dabunt eam.

P O N E me ut signaculū super cor tuū, ut signaculum
sup brachiū tuū, quia fortis ut mors dilectio: Ita in
utrāq; translatione: In Hebræo autem sic : Pone me sicut
sigillū super cor tuum, sicut sigillū super brachium tuū
ז ij quia,

qua fortis sicut mors dilectio : dura sicut infernus æmulatio. Pone me ut sigillum sup cor tuū,& reliqua. Sēsus est. Posteaq̄ inquit Spōsa, pro meis peccatis mortē acerbissimā sustinere,& pati uoluiſti, rogo te p̄ istā tuā inefabilē erga me charitatē, ut post hac ponas me sicut sigillū supra cor tuū, hoc est. Peto abste, ut nō obliuiscaris mei, quā tāto p̄cio redemisti, sed ponas me sicut sigillum supra cor tuū, ut quēadmodū sigillū siue annulus maximē adhæret digito manus, qui respondet ad cor, sic & ego adhæreā maximē cordi tuo. Pone me sicut sigillū sup brachiū tuū, i. sup manū tuā, à toto em̄ intelligit partē. Et petit ponis sicut sigillū ī manu, q̄si dīcēs, ut sicut sigillū, qd̄ in manu semp conspicit, sic & oculi tui semper sint super me : quia fortis sicut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio. Sensus est: Quia dilectio, qua dilexisti me, est fortis, & efficax sicut mors, hoc est, quēadmodū mors uincit, & superat oīa, sic dilectio tua erga me superauit, & uicit oīa, & etiā ipsam mortē uicit. Et recte, uerec̄z amore Spōsi Christi cōparat morti, ad apertius denotādū passionē, & mortē eius: quia fortis sicut mors dilectio, hoc est, & dilectio mea rursus erga te erit fortis, & efficax sicut mors. Cū nō dubitabūt & filij mei, quos mihi ex gētibus daturus es pro cōfessione noīs tui ultro in oēs cruciatus, & in mortē deniq̄z ipsam se exponere. Quia dura sicut infernus æmulatio: quia æmulatio inquit, i. inuidia, & odio, quo eos principes mūdi, & hæretici, p̄sequen̄t, erit durū, & p̄tinax sicut infernus. Lāpades eius ut Lāpades ignis, atq̄z flam-

marum

marum: Ita in Latino: In Græco aut̄ sic: πνγίπηρα αυτής, πρό πηρα πυρός φλογές αυτής, hoc est, uolatilia eius, uolatilia ignis flāmæ eius. In Hebræo aut̄ sic: Carbones eius, carbones ignis, flāmæ fortis. Pergit per eandē ab inferno sumptā trālationē Spōsa exprimere durā p̄sequutionē catholicae Ecclesiæ, dicēs: Carbones eius, s. æmulationis, inuidiae, odio, & p̄sequutionis. Carbones ignis flāmæ fortis, hoc est, Carbones fortissimæ flāmæ emergentis ex maximo robore, & potentia ipsius inferni: Ex quibus datur intelligi oēs p̄sequutiones Ecclesiæ, quashactenus passa est, & nūc patiēt, cōmotas, & excitatas esse ab ipso principe Inferni, qui agit cōtra catholicā Ecclesiā obnoxie, & pro uiribus p̄ mēbra sua principes huius mundi, & hæreticos. Aquæ multæ nō potuerūt extīguere charitatē, nec flumina obruēt illā: Ita in utrāq̄z trālatione, nisi quia in Græco habet sic, οὐλωρ ἡλύον οὐ δυνάστεται σθέσσαι τὴν ἀγάπην, hoc est, Aqua multa nō poterit extinguere charitatē, & similiter in Hebræo sic: Aquæ multæ nō poterūt extīngere charitatē: & flumina nō inundabūt eā. Aquæ multæ, &c. Sensus est: Et si inquit Sponsa æmulatio, & p̄sequutio, quæ imminet mihi, ppter nomē tuū, erit dura sicut Infernus, & Carbōes eius, carbones ignis flāmæ fortis uenientis ab inferno. Vnde oēs p̄sequutiones mihi cōcitabunt, nihilominus quia fortis sicut mors mutua nostra dilectio, ppter ea. Aquæ multæ, hoc est, infinitæ tribulationes, quæ uēturæ sunt super me, non poterūt extīguere charitatē meā erga te, & flumina, hoc est, magni Torrētes Principes mundi, & Hæretici.

z. iij. non.

non inundabūt, hoc est, nō inundando obruēt illā: Iuxta
quē sensū dicebat Apostolus ad Romanos cap. 8. Quis
nos separabit à charitate Christi, tribulatio, an angu-
stia, an fames, an nuditas, an periculū, an gladius & sicut
scriptum est: quia propter te mortificamur tota dīe, æsti-
mati sumus sicut oves occisionis, sed in his omnibus su-
peramus, propter eū qui dilexit nos.

אם יולן איש את פל-הן
ביזל באחבה פלו יברוז
לה : אהובה לנו קתנָה
ושרים אין לה מין גזע
געשׂה לאחורה בימי ש
שוובר-כח : אם חומעה
היא נכינה עלייה טויה
בסט ואם להחיה נזoor
עליהם ליה ארנו :

SI D E D E R I T homo omnē substantiā domus suæ,
S^u quasi nihil despiciet eū. Ita in utraq; trālatiōe in sen-
su: In Hebræo aut̄ sicut: Si dederit uir omnē substantiā
domus suæ pro dilectione, despicere despiciēt eum: Sen-
su est: Necq; inquit per prospera huius mundi separabi-
mūr à charitate tua. Si enim dederit uir. i. aliquis Prin-
ceps, & magnus uir, omnē substantiā domus suæ filijs
meis catholicis, & omnes honores, & dignitates huius
mundi, alliciens eos per ea ad negationem nominis tui,
despicere despiciēt eū, & omnia bona sua. Tantus enim
erit amor tuorū fidelium erga te: ut necq; per aduersa,
necq; per prospera huius mundi à confessione nominis
tui,

tui, & à charitate tua aliquo pacto diuelli possint. Soror nostra paruula, & ubera non habet. Quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquēda est & ita in utrāq; translatione, nūl quia in Græco pro quando alloqua-
da est, rectius habetur sic, ἐν ἡμέρᾳ ἡ τοῦ λαλήθη ἐν δυτῃ, hoc est, in die quo sermo fuerit factus in ea. In Hebræo autotū sic: Soror nostra paruula, & ubera non ei. Quid faciemus sorori nostræ in die, q̄ dictus est in ipsa. Soror nostra paruula. Hæc uerba sunt ipsius ueteris Israeliticæ Spōsæ: hoc est, alicuius Apostolorū nouæ spōsæ Catholice Ecclesiæ fratris: qui dū simul ad gentes uenire parant, inq̄t ille frater ad reliquos eius fratres Apostolos de catholica Ecclesia gentium, sic: Soror nobis paruula, & ubera nō habet, hoc est, hæc nostra Soror Catholica Ecclesia est admodum paruula: Ita ut præ nimia eius paruitate ubera non habeat, hoc est, paruula admodum est, & nullam de Christo nostro Messia notitiam habet. Non enim Propheta aliquis unq̄ accessit ad eā, & propterea paruula est: & nunc primum incipiens audire Christum Messiam. Et ubera non habet. illud idē alijs uerbis, hoc est, non habet doctrinam & scientiam aliquam de Christo Sponso, & ideo inquit iste frater ad cæteros suos fratres Apostolos. Quid faciemus sorori nostræ in die, qui dictus est in ea & ad nuptui tradendum, scilicet ipsam Sponso Christo. Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea. Si ostium est: compingamus illud tabulis Cedrinis. Ita in utrāq; translatione: In Hebræo autem sic:
Si murus

Si murus est, ædificabimus pro ipsa palatiū argenti: Si ostium ipsa, muniemus pro ea tabula Cedri: Si murus est, Respondens unus ex fratribus ad prædicta, dixit: Si murus est ista soror nostra, i.e. si fortis erit in fide Christi sicut murus, s. æneus, ita ut nō permittat ad se intrare inimicos; sed fortis, & constans sicut murus, resistēs eis, seruet fidem Sponso suo, ædificabimus propterea ei palatiū argenti, hoc est, & nos erimus ei ad gloriam, & pulchritudinē. Et ædificabimus ei palatiū argenti, ut in eo habitat cū Spōsos suo, quasi palam diceret, ædificabimus ei Ecclesiā nō ex lapidibus, sed ex argento: Vel hinc planè perspici potest, quāto noua catholica Ecclesia præstet ueteri, cū nō ex lapidibus, ut illa sit ædificata, sed ex argento puro, ex quo denotatur magna puritas, & charitas eius. Et si ostiū est, muniemus pro ea tabula Cedri. Et si inquit hæc nostra soror non fuerit murus æneus, ad repellendum inimicos, ad se irrumpentes, & intrare uolentes, sed erit ostiū, quod clauditur, & aperitur, & per ipsum inimicos ad se admiserit, muniemus pro ea ostiū eius tabula Cedri, ne inimici ingredi possint ad eā. Sic loquutus ē iste frater de paruula sorore eorū: quā nuptui Christo Messiae tradere parabant. Et ostiū eius, si murus æneus non foret ad seruandum fidem Sponso, tabula Cedri munire eā cogitabat. Per quā quidē tabulam cedri, ex quo non correditur à tinea, & carie cedrus, intelliguntur Doctores, & sancti Ecclesiæ (ut suprà diximus) qui incorrupti ab omnibus uitjjs, & peccatis per eorum doctrinam, & bona exēpla custodiūt portā Ecclesiæ

Ecclesiæ, ne inimici ingrediantur & diripiant eam.
אָנוּ חֹמֶת וְשִׁיר בַּמְּרֵבָד כִּי תַּחֲזִיק תְּמִימָה אָנוּ חֹמֶת בְּעַמְּדָה שְׁלֹמָה:

Ego murus, & ubera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eō, quasi pacem reperiens: Ita in ultraq; trālatione: In Hebraeo autem sic: Ego murus, & ubera mea sicut turres: Tunc fui in oculis eius sicut inueniens pacem. Ego murus, & reliqua. Dum sic loquerent Apóstoli inter se de paruula eorū sorore Catholica gentium Ecclesia, quā nuptui tradere Christo Messiae: intendebant, & parabāt. Audiens eos puella sic loquētes de sc, prosiliens in mediū audacter sic ad eos respondit. Quid dicitis de me, dubitantes, & ratiocinantes, si murus & si ostiū? Ego murus, s. æneus, hoc est, fortissima contra inimicos sicut murus æneus, & nō ostiū, per quod inimici ingredi possint ad me. Et ubera mea sicut turres: Nec inquit assentior uobis q; ubera, i.lac, & sapiētiā non habet, sed ubera meas sunt sicut turres. Et pulchre persistēs in translatione à muro sumpta, cū dixisset, Ego murus: nunc in ea perseuerās, adiungit: Et ubera mea sicut Turres: Vbera enim in muliere sunt sicut turres in magnis muris. Et per magna ubera, intelligit se habere multum lactis, i. doctrinæ, & sapiētiæ. Et ubera mea sicut turres, hoc est, & si hactenus de Christo nulla facta sit mihi notitia, ita ut meritò dicere possitis de me: Et ubera nō habet, nihilominus per uos fratres meos Apostolos, tantū doctrinæ & sapientiæ adeptura

A sum,

sum, ut uerè dicere possim, & ubera mea sicut turrest.
Tunc fui in oculis eius, sicut inueniens pacem, hoc est,
fui in oculis eius fratri sic de me loquuti, sicut inueniens
pacem, hoc est, meum responsum ualde placuit ei.

Vinea fuit Selomoni in Bahal amon: tradidit ipsam uineam custodibus: uir afferet profructu eius mille argenteos: Vinea mea, q̄ mihi ad facies meas, mille tibi Selomo: & duceti custodiētibus fructus eius. Sedens in hortis socij auscultantes, uocē tuam fac audire me. Fuge dilecte mi, & assimila te capreæ, uel hinnulo ceruorū supra montes aromatum.

VINEA fuit pacifico: in ea quæ habet populos: Ita in Latino: In Graeco aut̄ sic: ἡμετέρην τὴν σπλαγχνὴν τὸν βεβλαμών, hoc est, uinea fuit Selomoni in Beclamon, & consimiliter in Hebraeo sic: Vinea fuit Selomoni in Bahal amon. Vinea fuit Selomoni. Valde rectius uertit hæc uerba Græcus interpres: qui non mutauit nomen Selomonis, neq; Bahal amon, quām Latinus: qui uertit pacifico, & in ea quæ habet populos. Nam etsi Selomo interpretet pacificus, & Bahal amon dominus multitudinis, scilicet populorum, tamen quia ubiq; in hoc libro(ut diximus) Selomo propriū nomine est Regis æterni, & bahal amon nomine propriū est loci: propterea.

ppterea rectius Græcus interpres fecit, q̄ ea uerba non trastulit, quā Latinus, q̄ Selomo uertit pacifico, & Bahal amon ad sēsum uertit, in ea q̄ habet populos. Vinea fuit Selomoni in Bahal amon. Hæc uerba sunt Sponsæ Christi, quæ futuræ suæ trāsmigrationi ab Hebræis ad Gentes designās locum, ad quem transferenda erat, dicit: uinea fuit: præteritum pro futuro erit, more prophetarum: qui ut plurimū de rebus futuris loquuntur in tempore præterito: Et sensus est: Vinea, id est, Ecclesia, & altera Hierusalem erit Selomoni Iesu Christo nō amplius, s. inter Hebræos in terra Israel, sed inter Gētes. Et designans specialem locum, infert in Bahal amon, i. in loco, qui est dominus multitudinis populorum. Vel (ut Latinus cīrcūscripsit interpres) in ea, quæ habet populos, id est, in urbe Roma, quæ est quām maximè populosa, & omnes sub se habēs populos Gētium: Et sic signatissimè scriptura ipsa hic dicit Ecclesiam Hierusalem, transferendā ab Hebræis ad Gentes per ipsos Apostolos ad urbem Romanam, quā appellat hebraicè Bahal amon, id est, dominā multitudinis, uidelicet populū. Soli enim Romæ hoc insigne epitheton conuenit, & nulli alteri ciuitati Gentium. Tradidit eam custodibus: uir afferet pro fructu eius mille argenteos: Sensus hic est, quod ipse Selomo Iesus Christus tradidit ipsam suā uineā, quā habet in Bahal amon, i. in urbe Roma custodibus, s. suis Apostolis: qui uineam ipsam custodirent, & colerent, ac unā cum Petro principe eorum regerent, & gubernarent. Vir afferet pro fructu

A ij suo

suo mille argenteos, hoc est, unusq[ue]nq[ue] ipsorum afferet de labore suo fructū ipsi Selomonī Iesu Christo mille argenteos: numerus determinatus pro indeterminato, hoc est, fructū multum, sicut & ipse Dominus dixit in Euāgeliō: Ego posui uos, ut eatis, & fructū afferatis, & fructus uester maneat. Vinea mea corā me est, mille tui pacifici, & ducenti his qui custodiunt fructus eius: Ita in utraq[ue] trāslatione: In Hebræo aut̄ sic: Vinea mea, quæ mihi ad facies meas, mille tibi Selomo, & ducēti custodientibus fructū eius. Vinea mea quæ mihi, & reliqua. Posteaq[ue] dixit Sponsa Selomonem Christū Messiam tradidisse uineā suā, quā habet in cōmuni secū cū custodibus, & accipere fructū mille argenteos à singulis eorū. Ad hæc respōdens ipsa Sponsa, pro iure suo dicit. Vinea mea, quæ mihi ad facies meas, hoc est, in cōspectu meo: quasi diceret, & ego Sponsa non sum sic factura, ut, s. tradā uineā meā custodibus: sed uinea mea in cōspectu meo, hoc est, Ego ipsa custodiā uineā meā. Mille tibi Selomo, & ducenti custodētibus fructū suū quasi diceret, mille argenteis tibi Selomo, & ducenti, id est, quinta pars secundū morē sit custodientibus fructū eius: Ego autem neq[ue] mille uelim accipere, quia ad te pertinent: neq[ue] ducentos, qui pertinēt ad custodes, sed uinea mea, quæ mihi tecum ad facies meas, subaudiuit. Ex his manifestū est, separari Petrū tanq[ue] principem à cæteris Apostolis, qui custodes sunt tantū uineæ domini, Petrus autem non simpliciter custos est uineæ, & ouium Christi: sed est & pastor, qui totā uineā habeat.

in

in conspectu suo, & cui soli traditæ sunt oues à Christo ad pascendū, & cui soli traditæ sunt claves magni ouilis cælorū, ut postea quā doctrina, & sapientia pauerit oues Christi, tandem introducat eas in illud magnū & perpetuum ouile regni cælorū. Et ad hoc p̄ficiendū datū sunt ei pastores cæteri Apostoli. Qui rectè hic dicunt̄ custodes uineæ, & ouium Christi, & nō pr̄incipes pastores, ut Lutherani hæretici garriunt. Et uineā ipsam totā esse in cōspectu Spōsæ, hoc est, ipsis Petri, qui solus pr̄inceps pastor est ouium, & non simplex custos: Soli enim Petro ter dixit Dominus: Pasce oues meas. Qui habitas in hortis, amici auscultant: Fac me audire uocē tuam. Sic in omnibus tribus linguis in sensu. Quæ habitas in hortis, & reliqua. Properās tandem ad conclusio nem totius sermonis Christus inquit: Quæ habitas in hortis, & reliqua. Properans tandem ad conclusionem totius sermonis Christus inquit: Quæ habitas in hortis, hoc est, O Spōsa, quæ habitas in hortis, hoc est, quæ habitatura es in hortis, i. inter gentes quæ diuīsae sunt in plures hortos, i. in plures deorū cultus: Socij auscultātes uocem tuā fac audire me, hoc est, Socij Angeli, & comites mei auscultant, s. te loquentem, & auscultando mirū in modū delectantur uerbis tuis, propterea uocē tuā audi me fac: quasi diceret: Pete à me quodcūq[ue] uolueris, & fiet tibi à me. Tunc respōdens Sponsa, & faciens petitionem suam, dixit. Fuge dilecte mi, assimilare capræ, hinnuloq[ue] ceruorū super mōtes aromatum: Sic in omnibus tribus linguis in sensu, hoc est, Fuge dilecte mi,

A iii scilicet

CANTICI CANTICORVM

scilicet ab istis tuis comitibus angelis, & assimila te capreæ hinnuloq; ceruorū in cursu scilicet, & descēde supra montes aromatum, hoc est, ad me in Hierusalem, ubi sunt montes aromatum mons Moriah, s. supra quē oblatus fuit pater noster Isaac à patre suo Abraam, & ubi ædificatum fuit templum Domini, & ubi sunt & cæteri montes in circuitu Hierusalem, Iuxta illud Psalmi, Hierusalem montes in circuitu eius qui propter Sacrificia, & gloriam domini, quæ habitabat in ea, dicebantur montes aromatum: fuge ergo inquit Sponsa ò dilecte mi ab angelis, & ueni ad me in Hierusalem, ubi operatus es meam salutem. Quā pius ille deus, & homo Selomo Iesus Christus Messias filius beatissimæ Mariæ Virginis, pro cuius laude, & gloria tantum suscepimus laborem, nobis tribuat & in præsenti, & in futuro sæculo. Amen.

FINIS.

FINIVVNT FELICITER TRANSLATIO
& noua Commētaria, super Canticum Canticorum Se-
lomonis, nuper edita per Agathium Guidaceriū Cle-
ricum, in Romana Academia linguae Hebraicæ, Græ-
cæq; professorē exīmū: Impressa per Antonium de
Bladis, de Asula, Anno Domini, M. D. X X I I I. Die
X X V. Iulij. S. D. N. C. L. Dei gratia Papæ. VII.

Anno primo. Nunc uero denuo Parisijs per
Gerardum Morrhium Germanū, An-
no Domini, M. D. X X X I.



Errata huius uoluminis.

Fo. 5. pag. 1. li. 7. sint pro sunt. Ibidem li. 8. intendant pro
intendunt. fo. 18. pag. 2. li. 23. lege intelligitur & hoc dico
à cath. fo. 21. pag. 2. li. 2. cōcilia pro consilia. fo. 28. pag. 1.
li. 14. his pro ex his. fo. 30. pag. 2. li. 6. Carole pro Carolo
fo. 40. pag. 2. li. 25. decorum pro decorem. fo. 47. pag. 1.
li. 4. distinctionem pro dictionē. fo. 51. pag. 2. li. 9. induā
illam; lege induar illa; fo. 65. pag. 1. li. 3. à fine, quæ diui-
sa sunt inter, lege inter se.

Μήτ' ἐμοὶ μέλι, μήτε μέλιτά.



Nocet empta dolore voluptas.

